

31779 - ma7
mfir. Cotl.

Sh

nc

Nga. 29.

an 69

TRACTATVVM T A L M V D I - CORVM SEX

- I. בְּנָהָם i.e. DE SACRIFICIIS.
- II. בְּרִכָּת i.e. DE BENEDICTIONIBUS.
- III. נְדֻרָּת i.e. DE VOTIS.
- IV. נֵיד i.e. DE NASIRÆIS.
- V. שְׁבֹועָת i.e. DE JURAMENTIS.
- VI. קְרִיתָה i.e. DE EXCISIONIBUS.

MISCHNÆ,
LATINITATE DONATAE,

M. IOHANNE VLMANNO,
ARGENTORATENSI.

ARGENTORATI,
Literis SPOORIANIS.
ANNO MDC LXIII.



שנויות

פסחת זנאות

Id est

TRACTATUS TALMUDICI DE SACRIFICIIS, VERSIO LATINA.

CAP. I.

Mischna I.


Mnia Sacrificia, quæ mactantur alio quam suo titulo, legitima tamen sunt; nisi quod Dominorum suorum debito non satisfaciunt: Excepto (quod tum legitimum non est) Paschate, & sacrificio pro peccato: Paschate quidem, suo tempore (h.e. Paschali;) Sacrificio autem pro peccato, omni tempore. Rabbi Elieser dicit; etiam sacrificio pro reatu (excepto:) Paschate quidem, tempore suo; sacrificio autem pro peccato & pro reatu, omni tempore. Dixit enim R. Elieser; sicut sacrificium pro peccato offertur pro peccato: sic sacrificium pro reatu offertur pro peccato. Jam vero quomodo se habet sacrificium pro peccato? reprobum est, si alieno quam suo nomine (mactatur.) Ergo etiam sacrificium pro reatu reprobum est, si alio quam suo nomine.

Mischna II.

Jose ben Chunai dicit; quæ mactantur titulo Paschatis, aut titulo sacrificii pro peccato, reprobam sunt. Simeon frater Asaria dicit; quæ quis mactat titulo illis excellentiore, legitima sunt: quæ vero titu-

A

titu-

titulo illis ignobilior, reprobatur. Quomodo? Si quis mactaverit sancta sanctorum titulo sanctorum simplicium, reprobatur sunt. At si quis mactaverit sancta simplicia titulo sanctorum sanctorum, legitima sunt. Sic si quis mactaverit primogenitum & decimas titulo pacificorum, legitima sunt. Sin mactaverit pacifica titulo primogeniti, aut titulo decimarum, reprobatur sunt.

Mischna III.

Si mactent Pascha mane diei decimi quarti (mensis Nisan) alio quam suo titulo, Rabbi Jehoschea legitimum pronuntiat, quasi mactatum esset decimo tertio. At filius Bathiræ reprobatur, quasi mactatum esset inter vespertas (diei decimi quarti.) Dixit quidem Simeon filius Asai, traditum accepero ex ore Septuaginta duorum seniorum, eo die, quo præfecerunt R. Eleasarem filium Asaria Synagogæ, quod quæcumque sacrificia comedenda mactentur alio quam suo titulo, sunt legitima; nisi quod non satisfaciant debito Domini orum: Exceptio Pałchate & sacrificio pro peccato: nec addidit filius Asai quicquam præter holocaustum. Sed tamen non consenserunt ei Sapientes.

Mischna IV.

Si quis Pascha aut sacrificium pro peccato mactaverit alio quam suo titulo: (aut) exceperit (sanguinem,) & asportaverit, & sparserit alio quam suo titulo: aut suo titulo simulque alio quam suo titulo: aut alio quam suo titulo, & simul suo titulo; reprobatur sunt. Quomodo suo titulo & simul alio quam suo titulo? (ex. gr.) Si titulo Paschatis & titulo pacificorum. (Quomodo) alio quam suo titulo & simul suo titulo? (e. g.) Si nomine pacificorum & simul nomine Paschatis. Nam sacrificium fit reprobum quatuor de causis: Per mactationem, & per exceptionem (sanguinis,) & per asportationem, & per effusionem. Rabbi Schimeon legitimum pronuntiat in asportatione. Dicebat enim R. Schimeon, non potest fieri (sacrificium) sine mactatione, aut sine exceptione (sanguinis,) aut sine effusione: Potest autem fieri sine asportatione, si quis mactet nimur ad latus altaris, & effundat. R. Elieser dicit, si quis asportat in locum, quo asportari debet, cogitatio reprobum reddere potest: Sin in locum, quo asportari non debet, cogitatio reprobum reddere non potest.

CAP.

3.
CAP. II.

Mischna I.

Quorumcunque sacrificiorum sanguinem exceptit laicus, lugens, lavandus eodem die, destitutus vestibus (competentibus,) destitutus expiatione, is qui non lavat manus & pedes, præputiatus, immundus, sedens, stans super vasis, aut super bestia, aut super pedibus proximi sui, reproba sunt. Si quis excipit (sanguinem) sinistrâ, reprobum est. Rabbi Simeon quidem legitimum pronuntiat. Si effunditur (sanguis) super pavimentum, & eum quis colligit, reprobum est. Si quis effundit illum super clivum non è regione fundamenti (altaris,) (aut) si quis effundit sursum (sanguines,) qui debent effundi deorsum; (aut) deorsum, qui debent effundi sursum; (aut) foris, qui debent effundi intus; (aut) intus, qui debent effundi foris, reprobum est, non tamen in eo est reatus excisionis.

Mischna II.

Si quis mactat sacrificium, ut effundat sanguinem ejus foris; aut partem sanguinis ejus foris: (item) adadolendum adipes ejus foris, aut partem adipum ejus foris: (item) ad comedendum carnem ejus foris, aut instar olivæ de carne ejus foris: (item) ad comedendum instar oliva de cute caudæ foris: reprobum est, non tamen in eo est reatus excisionis. (Sin) ad aspergendum sanguinem ejus postridie, aut partem sanguinis ejus postridie: (item) adadolendum adipes ejus postridie, aut partem adipum ejus postridie: (item) ad comedendum carnem ejus postridie, aut instar olivæ de carne ejus postridie, aut instar oliva de cute caudæ postridie, abominatio est, & fiunt rei super eo excisionis.

Mischna III.

Regula hæc esto. Si quis mactat, aut excipit, aut asportat, aut aspergit ad comedendum rem, quæ solet comedî, aut adadolendum rem, quæ solet adoleri, extra locum suum: reprobum est (sacrificium,) non tamen est in eo reatus excisionis. Sin extra tempus suum: abominationis est, & rei fiunt super eo excisionis. Si quidem offerat id, quod solvit juxta præceptum suum.

Mischna IV.

Quomodo offert quis id, quod solvit juxta præceptum suum? si quis mactat cum silentio, excipit autem & asportat. & aspergit extra tempus suum; aut si quis mactat extra tempus suum, excipit autem & asportat, & aspergit cum silentio; aut si quis mactat, excipit, & asportat, & aspergit extra tempus suum: hic est, qui offert id, quod solvit juxta præceptum suum. Quomodo autem quis non offert id, quod solvit juxta præceptum suum? si quis mactat extra locum suum, excipit autem, & asportat, & aspergit extra tempus suum; aut si quis mactat extra tempus suum, excipit autem & asportat, & aspergit extra locum suum; aut si quis mactat, excipit, & asportat, & aspergit extra locum suum: (item) si quis mactat Pascha & sacrificium pro peccato alio quam suo titulo, excipit autem, & asportat, & aspergit extra tempus suum; aut si quis mactat extra tempus suum, excipit autem, & asportat, & aspergit alio quam suo titulo; aut si quis mactat, excipit & asportat, & aspergit alio quam suo titulo: Hic est, qui non offert id, quod solvit juxta præceptum suum.

Mischna V.

(Si quis mactat) ad comedendum instar olivæ foris, & instar olivæ postridie; (aut) instar olivæ postridie, & instar olivæ foris; (aut) instar dimidiæ olivæ foris, & instar dimidiæ olivæ postridie; (aut) instar dimidiæ olivæ postridie, & instar dimidiæ olivæ foris: reprobum est, non tamen est in eo reatus excisionis. Dixit Rabbi Juda: Hæc esto Regula, si cogitatio temporis prævenerit cogitationem loci, abominatio est, & rei sunt super eo excisionis: Sin cogitatio loci prævenit cogitationem temporis, est abominatio quidem, sed non est in eo reatus excisionis. Sed sapientes dicunt, utrumque est abominatio, & in neutro tamen reatus excisionis. (Si quis mactat) ad comedendum instar dimidiæ olivæ, & ad adulendum instar dimidiæ olivæ, legitimum est. Nam comedere & adulere non conjunguntur.

C.A.P. III.

Mischna I.

Omnium reproborum, qui mactant, mactatio bona est, quia mactatio legitima est per peregrinos, mulieres, servos, atque impuros, etiam

5.

etiam in sanctis sanctorum, modo non tetigerint immundi carnem: propterea iidem vitiosum reddere possunt per cogitationem. Et quatinus docunque aliquis sumserit sanguinem extra certum ejus tempus, ac extra locum ejus: tum si superest sanguis animæ, denuò excipiat, qui legitimus est.

Mishna II.

Si quis acceperit legitimus, dederitque illegitimo, tunc hic restituat legitimus. Si quis acceperit dexterā, & posuerit in sinistram, reponat in dextram. Si quis exceperit in vase sancto, & posuerit in vas commune, refundat in vas sanctum. Si effusus (sanguis) fuerit ex vase super pavimentum, & collegerit quis eum, rectus est; (aut) effuderit quis illum super clivum, qui non est oppositus fundamento: (aut) aspergerit eos, qui aspergi debent deorsum, sursum; aut qui aspergi debent sursum, deorsum; aut qui aspergi debent, intrinsecus, extrinsecus; aut qui aspergi debent extrinsecus, intrinsecus: tum si superest sanguis animæ, denuò excipiat, qui est legitimus.

Mishna III.

Si quis mactat sacrificium ad edendum id, quod non solet edi, & adadolendum id, quod non solet adoleri, rectum est. Rabbi Elieser illegitimum existimat. Si ad edendum aliquid, quod comedи solet, atq; adadolendum quid, quod solet adoleri, minus quam sicut oliva, rectum est. Si ad edendum sicut dimidium olivæ, & adadolendum sicut dimidium olivæ, rectum; quia comedio & adulatio non conjunguntur (in unum).

Mishna IV.

Si quis mactat sacrificium, ut manducet sicut olivam de cute, de juscuento, de decocto crasso, de carne mortuâ, de ossibus, de nervis, de ungulis scissis, de cornibus, extra certum tempus suum, aut extra locum suum, ei rectum est: nec debitores sunt super illis nomine abominationis, (aut) residui, (aut) immundi.

Mishna V.

Si quis mactat sanctificata ad manducandum de embryone vel secundinis foris, non abominabile redditur. Aut si discerpit turtures intrinsecus ad comedendum ova eorum foris, non abominabiles red-

dit. (Si ad comedendum) adipem sanctificatorum & ova turtarum,
non rei sunt super illis nomine abominationis, (aut) residui, (aut)
immundi.

Mishna VI.

Si quis mactat (sacrificium), ut relinquat sanguinem ejus, aut
partes ejus in crastinum, aut, ut educat illas foris: Rabbi Jehuda pro-
fanum esse inquit; sed sapientes rectum pronuntiant. Si quis mactat
hoc pacto, ut dent super clivum, sed non versus fundamentum, ad
aspergendum ea, quæ aspergi debent deorsum, sursum; aut ea, quæ
aspergi debent sursum, deorsum; aut ea, quæ aspergi debent intus, fo-
ris; aut ea, quæ aspergi debent foris, intus: aut ut comedant illud im-
mundi, aut ut offerant illud immundi, aut ut comedant illud praepu-
tiati, aut ut offerant illud praeputiati, aut ad frangendum osse Pascha-
tis, vel comedendum de illo crudu, vel ad miscendum sanguinem ejus
cum sanguine illegitimum, rectum tamen est, quia cogitatio non
reprobum reddit, nisi extra tempus suum, & extra locum suum; Pa-
scha autem & sacrificium pro peccato per alium quam suum titulum.

C.A.P. IV.

Mishna I.

Schola Schammai dicit; si quis de iis, quæ asperpuntur super altare
exterius, asperserit aspersione una, expiat: de sacrificio pro pec-
cato autem si aspersiones duas. Scholastici Hillelis dicunt, etiam si
de sacrificio pro peccato asperserit aspersionem unam, expiat: Idem si
asperserit primam (aspersionem) juxta constitutionem ejus, etiam si
alteram extra tempus suum, tamen expiat: si asperserit primam
extra tempus suum, & secundam extra locum suum, abominatio
erit, & rei sunt super illo excisionis.

Mishna II.

(Idem dixerunt) si quis de iis, quæ aspergi debent super altare
interius, diminuerit unam aliquam ex aspersionibus, non expiat.
Idem si quis asperserit omnes juxta constitutionem eorum, & uni-
cam contra constitutionem eorum, abominatio erit, non tamen erit
in eo exciso.

Mishna

Mischna III.

Hæ sunt illæ res, propter quas non fiunt rei nomine abominationis; Pugillus, & thus, & suffimentum, & munus sacerdotum, & munus sacerdotis uncti, & sanguis, & libamina, quæ seorsim offeruntur, sunt verba Rabbi Meir: sed Sapientes dicunt, etiam quæ offeruntur cum bestia. De Log olei leprosi Rabbi Simeon dicit, quod non rei fiunt propter illud nomine abominationis; sed R. Meir dicit, quod rei fiunt propter illud nomine abominationis: Ideò quod propter sanguinem sacrificii pro reatu, qui illud solvit, & propter omnia, quæ habent solventia, tam quoad homines, quam quoad altare, rei fiunt nomine abominationis.

Mischna IV.

Holocausti sanguis propriam facit carnem ejus altari, & pellem ejus sacerdotibus. Sanguis holocausti avis propriam facit carnem ejus altari. Sanguis sacrificii avis pro peccato propriam facit carnem ejus sacerdotibus. Juvencorum, qui comburi debent, & hircorum, qui aduri debent, sanguis licitos reddit adipes eorum, ut offerantur. Rabbi Simeon ait; quicquid de pacificis non offertur super altari exteriori, super illo non fiunt rei nomine abominationis,

Mischna V.

Propter sancta gentilium non rei fiunt nomine abominationis (aut) residui, aut immundi. Et si quis mactat ea foris, liber est. Dixit hæc R. Meir. R. Jose obligat. Propter quæ non rei fiunt nomine abominationis; propter illa rei tamen fiunt nomine residui, & nomine immundi, excepto sanguine. R. Simeon inquit; de te, quæ comedis folet, ista vera sunt. Verum propter ea, quæ similia sunt lignis, & thuri, atque suffitui, non fiunt rei nomine immundicie.

Mischna VI.

Sub sex titulis sacrificium sacrificatur: sub titulo sacrificii, sub titulo sacrificantis, sub titulo Jehovæ, sub titulo ignitorum, sub titulo odoris, sub titulo quietis. Sacrificia autem pro peccato & pro reatu, sub titulo peccati. Dixit R. Jose, etiam ejus, in cuius corde non fuit ullus ex omnibus istis titulis, legitimum est: ed quod sit ex constitutio- nibus domus judicij, quod cogitatio non sequatur nisi transgredientē.

CAP.

C A P. V.

Mischna I.

Quisnam est locus sacrificiorum? quae sunt sancta sanctorum, eorum mactatio (fiat) in septentrione. Juvenci & hirci in die expiationis, mactatio fit in septentrione, atque acceptio sanguinis eorum in vasa ministerii in aquilone, sanguisque illorum spargi debet super spatium, quod est inter vestes, & super velum, altareque aureum. Aspersio una ex iis impedit. Reliquias sanguinis fundit super fundamentum occidentale altaris exterioris; si (autem) non sparsit, non impedit.

Mischna II.

Juvencorum, qui comburi debent, atque hircorum, qui comburi solent, jugulatio in septentrione, & acceptio sanguinis eorum in vasis ministerii in aquilone, ac sanguis eorum tenetur spargi super velum superque altare: unica (scil. aspersio) illorum impedit. Reliquias sanguinis effundit super fundamentum occidentale altaris exterioris; si non effundit, non obstat. Utrique comburuntur in loco cineris.

Mischna III.

Peccatorum (totius) ceterus & unici (ista autem sunt peccata [fei sacrificia pro peccatis] cetus); Hirci noviluniorum & festorum solennium mactatio in aquilone fit, atque acceptio sanguinis eorum in vasibus ministerii in aquilone, & sanguis eorum debet spargi quatuor aspersoribus super quatuor cornua. Quomodo? ascendit super clivum, & respicit ad circumeundum, & venit (1.) ad cornu meridionale orientale, (2.) ad orientale septentrionale, (3.) ad septentrionale occidentale, (4.) ad occidentale meridionale; reliquias sanguinis effundit super fundamentum meridionale, & eduntur intrinsecus intra cortinas in memoriam sacerdotii de omni cibo diu & noctu usque ad dimidium.

Mischna IV.

Holocausti & sancti sanctorum mactatio fit in aquilone, ac acceptio sanguinis ejus in vasa ministerii in aquilone: sanguis ejus debet spargi duabus aspersoribus, quae sint quatuor: obligatur ad excoriationem, divisionem, & ut totum fiat in ignita.

Mischna

9.

Mishna V.

Sacrificiorum pacificorum cætus & delictorum (Delicta verba sunt hæc, (1.) delictum rapinae, (2.) delictum prævaricationum, (3.) delictum ancillæ cum probro dimissæ, (4.) delictum Naziræi, (5.) delictum leprosi, (5.) delictum dubium,) maestatio fit in septentrione, & acceptio sanguinis in vasa ministerii in septentrione, & sanguis eorum debet spargi duabus aspersionibus, quæ sunt instar quatuor, & eduntur intus intra cortinas à sacerdotibus quocunq; generi cibi, die noctuque usque ad dimidium noctis.)

Mishna VI.

Sacrificiorum Eucharisticorum, & arietis Naziræi, quæ sunt sancta levia, maestatio fit quolibet in loco atrii, sanguisq; eorum spargi debet duabus aspersionibus, quæ sunt instar quatuor, & eduntur in tota urbe (Hierosolyma) à quocunque homine, quocunque genere cibi, per totam diem, & ad dimidium usque noctis. Elevatum ex illis simili se habet modo (ut superius,) nisi quod elevatum editur tantum à sacerdotibus, mulieribus eorum, filiis eorum, servisque eorum.

Mishna VII.

Sacrificiorum pacificorum, quæ sunt sancta levia, maestatio in quolibet atrii loco (solet fieri,) & sanguis eorum spargi debet duabus aspersionibus, quæ sunt instar quatuor, & eduntur etiam in tota urbe (Hierosolyma) à quovis homine, quilibet esse genere, sed duobus diebus atque nocte una: Elevatum ex illis simile est illis, nisi quod elevatum manducatur (solum) à sacerdotibus, eorum mulieribus, filiis servisque.

Mishna VIII.

Primogeniti, decimatum, Paschatis, quæ sunt sancta levia, maestatio ubique in atrio fit, & sanguis eorum spargi debet aspersione unâ, modò sparserit versus fundamentum. Distincta tamen sunt in comeditione sui. Primogenitum editur à sacerdotibus: decima verba ab omnibus hominibus. (Eadem) comeduntur in tota urbe, à quovis homine omni genere cibi, duobus diebus, & nocte una: Pascha verba non editur, nisi noctu, nec editur, nisi usque ad difiduum noctis, nec editur, nisi ab annumeratis, nec editur nisi assatura.

B

CAP.

CAP. VI.

Mishna I.

Sancta sanctorum si maestant in vertice altaris, R. Jose dicit, idem esse ac si maestata essent in septentrione. R. Jose filius Jude inquit; à dimidio altaris usque ad septentrionem idem esse ac in septentrione; à dimidio autem altaris usq; ad meridiem idem ac in meidie. M^anchæ fuerunt pugillis separatae quovis atrii in loco, manducataeque intra cortinas à masculis sacerdotibus omni genere cibi in diem dimidiumque usque noctis.

Mishna II.

Sacrificium pro peccato ex ave factum est super cornu meridionale occidentale. In omni quidem loco fuit rectum; sed hoc tamen fuit locus ejus (ordinatus.) Et tria sunt, quibus istud cornu servivit deorsum, & tria, quibus sursum. Quibus deorsum, hæc sunt, sacrificium pro peccato exave, & appropinquare (Minchartum,) & reliquæ sanguinis; Quibus sursum, libam aquarum, vini, & holocausta avis si plura, quam ut ab ortu offerri possent.)

Mishna III.

Quicunque accedunt ad altare, ascendant versus dexteram, & circumeant, descendantq; à sinistrâ, excepto illo, qui ascendit ad perficiendas tres istas (prædictas) res. Nam tum ascenderunt, & regressi sunt retrorsum.

Mishna IV.

Sacrificium pro peccato ex ave quomodo fit? ungue secat (quis) caput ejus (avis) è regione cervicis ejus, nec (tamen) separat id; sed effuso sanguine ejus in pariete altaris, reliquæ sanguinis exprimuntur super fundamentum. Nihil altaris est, nisi sanguis ejus; cætera pertinent ad sacerdotes.

Mishna V.

Holocaustum ex ave quomodo solet fieri? ascendit in clivum, respicitque ad ambitum, quando venit ad cornu meridionale orientale, ungue secat caput ejus è regione cervicis ejus, & separat, atque exprimit sanguinem ejus super parietem altaris; accipit caput, ac obvertit

X.

vertit locum discriptionis ejus altari, & abstergit illud sale, tandem que abjicit super ignita. Mox venit ad corpus, & removet ingluviem cum pennis, ac viscera egredientia cum illa, abjicitque ea in locum cineris. Dividit quidem, non tamen separat: quod si verò separaverit, nihilominus rectum est. Tandem abstergit illud sale, atque abjicit super ignita.

Mischna VI.

Si non removerit, vel ingluviem, vel pennas, vel viscera ejus, exentia cum illa, neque absterferit illam sale: omne in quo mutavit aliquid, postquam expressit sanguinem ejus, legitimum est. Si separaverit (quid) in sacrificio pro peccato, aut non separaverit in holocausto, ineptum reddidit. Si expresserit sanguinem capitis, nec expresserit sanguinem (totius) corporis, illicitum est. Si expresserit sanguinem corporis, nec expresserit sanguinem capitis, rectum est.

Mischna VII.

Sacrificium pro peccato ex ave, quod ungue secuit sub alieno titulo; aut cuius sanguinem expressit alieno titulo, aut suo & alieno titulo, aut alieno & suo titulo, reprobum est: Holocaustum autem ex ave legitimum est, sed non imputatur Dominis. Sive sacrificium pro peccato ex ave, sive holocaustum ex ave fuerit, si ungue secuerit ea, aut expresserit sanguinem eorum ad comedendum aliquid, quod comedere solent, aut adadolendum aliquid, quod adulere solent, extra locum suum, reprobum erit, non tamen erit in eo excisio: Sin extra tempus suum, erit abominatio, & fient super eo rei excisionis; si modò obtulerit solvens juxta præceptum suum. Quomodo offert solvens juxta præceptum suum? si ungue secuerit cum silentio & expresserit sanguinem extra tempus suum: aut si unguè secuerit extra tempus suum, & expresserit sanguinem cum silentio: aut si ungue secuerit & sanguinem expresserit extra tempus suum: tum erit qui offert solvens juxta præceptum suum. Quomodo non offert solvens juxta præceptum suum? si ungue secuerit extra locum suum, & expresserit sanguinem extra tempus suum: aut si ungue secuerit extra tempus suum, & expresserit sanguinem extra locum suum, (aut si ungue secuerit & expresserit sanguinem extra locum suum:) aut si ungue secuerit sacrificium pro peccato ex ave alieno titulo, & expresserit sanguinem

guinem ejus extra tempus suum; aut ungue secuerit extra tempus suum, & expresserit sanguinem ejus alieno titulo, aut si ungue secuerit, & expresserit sanguinem ejus alieno titulo. Hic est, qui non offert solvens juxta præceptum suum. (Si ungue secuerit) ad comedendum instar olivæ foris, & instar olivæ in crastinum, aut instar olivæ in crastinum, & instar olivæ foris: Item instar dimidiae olivæ foris, & instar dimidiae olivæ in crastinum, aut instar dimidiae olivæ in crastinum, & instar dimidiae olivæ foris; reprobum est, non tamen in eo excisio. Dixit R. Jose, hæc regula esto; si cogitatio temporis præcesserit cogitationem loci, abominatio erit, & rei sicut super eo excisionis: sin cogitatio loci præcesserit cogitationem temporis, reprobum erit, non tamen erit in eo excisio. Sed sapientes dicunt, utrumque est reprobum, nec in eo excisio. (Si ungue secuerit) ad comedendum instar dimidiae olivæ & adadolendum instar dimidiae olivæ, legitimum erit: Nam comedens & adulitio non conjunguntur in unum.

C.A.P. VII.

Mishna I.

Sacrificium pro peccato **ex ave**, quod fecit deorsum secundum oblationem sacrificii pro peccato titulo peccati, rectum est. Sin juxta oblationem sacrificii pro peccato titulo holocausti, aut secundum oblationem holocausti titulo sacrificii pro peccato, aut secundum oblationem holocausti, titulo holocausti, illegitimum est. Sin fecerit id sursum secundum oblationem quorumcunque, profanum est.

Mishna II.

Holocaustum ex ave, quando illud fecerit sursum juxta oblationem holocausti, legitimum est. Item si juxta oblationem holocausti, at nomine peccati, bonum (etiam) est, sed non imputatur Dominis. Sin juxta oblationem sacrificii pro peccato titulo holocausti; (aut) juxta oblationem sacrificii pro peccato, titulo sacrificii pro peccato, illegitimum est. Item si fecerit deorsum juxta oblationem quorumcunque, profanum est.

Mishna III.

Insuper omnia ista non polluant pergula m, sed prævaricantur in illis, excepto tamen sacrificio pro peccato ex ave, quod fecit deorsum juxta oblationem sacrificii pro peccato, nomine sacrificii pro peccato.

Mishna

Mischna IV.

De holocausto ex ave, quando fecit quis id deorsum juxta oblationem sacrificii pro peccato nomine sacrificii pro peccato, R. Elieser dixit, quod prævaricentur in eo. R. Josea inquit; non prævaricantur in eo. Dixit R. Elieser. Quid ergo si in sacrificio pro peccato, in quo non prævaricantur oblato nomine ejus, prævaricantur (tamen,) quando mutant ejus nomen: nonne in holocausto, in quo, nomine suo oblato, prævaricantur, æquum (magis) erit, ut in eo prævaricentur, quando mutant nomen ejus? Respondit ei R. Josea; non, si dixeris de sacrificio pro peccato, cuius mutaverit nomen in nomen holocausti, quod tum mutarit nomen ejus in rem, in qua est prævaricatio; dices itidem de holocausto, cuius mutaverit nomen in nomen sacrificii pro peccato, quod tum mutaverit nomen ejus in rem, in qua est prævaricatio. Objecit ei R. Elieser; Ecce vero, cum si quis mactat sancta sanctorum in metidie, mactatq; ea nomine sanctorum levium, arguant, quod tum mutaverit nomen eorum in rem, in qua nulla prævaricatio, & tamen prævaricentur in illis: Tu quoque ne mireris super holocausto, quod, etiam si mutarit nomen ejus in rem, in qua nulla prævaricatio, (attamen) prævaricentur in eo. Respondit ei (rufus) Rabbi Josea; non, si dicere potes de sanctis sanctorum, quando quis mactavit in metidie, & mactavit quidem ea nomine sanctorum levium, quod tum mutarit nomen eorum in rem, in qua est vetitum & licitum; dicere poteris de holocausto, mutatum esse nomen ejus in aliquid, quod totum licitum.

Mischna V.

Si quis ungue dissecat per sinistram, aut in nocte: vel mactat profana intus, sancta vero foris, non immundat per Oesophagum. Si quis lecat cultro: (aut) discerpit manu profana intus: vel sancta foris: (aut) tortures, quorum nondum venit tempus; aut pullos columbarum, quorum transit tempus: Item cuius aruit alas, aut cuius excocatus est oculus, atque cuius abscessus pes: impurat per Oesophagum. Haec esto Regula: Quicquid reprobum est in sancto, non immundat per Oesophagum, quicquid non reprobum est in sancto, immundat per Oesophagum; Item omnium reproborum, quæ ungue dissecuit, sectio quidem est reproba, nec tamen pollunt per Oesophagum.

Mishna VI.

Si quis ungue fecat & reperitur disceptum: non polluere per Oesophagum R. Meir dicit. At R. Jose dicit, polluere per Oesophagum. Respondit R. Meir, quid ergo? si cadaveris bestia, quod polluit per tactum & per portationem, mactatio mundat disceptum ejus ab impuritate sua; num cadaveris avis, quod non immundat per tactum ac portationem, jus non (magis) erit, ut mactatio ejus mundet disceptum ejus ab immundicie sua? Quid verò invenimus de mactatione ejus? sanè quod legitimam illam reddat quoad comeditionem, & mundet disceptum ejus ab immundicie ejus. Itaque etiam sectionem per unguem, quæ legitimam reddit illam quoad comeditionem, mundabit disceptum ejus ab immundicie ejus. R. Jose responderet; sufficit, ut se habeat sicut cadaver bestia, cuius mactatio illam mundat, sed non sectio per unguem.

CAP. VIII.

Mishna I.

Quæcunque sacrificia commiscentur cum sacrificiis pro peccato ad mortem usque asservandis, aut cum bove lapidando; etiam si unum (horum) cum myriade (istorum,) moriantur omnia. Quæ commiscentur cum bove, in quo transgressio est commissa; aut qui interfecit hominem ex testimonio unius testis tantum; aut ex testimonio Dominorum: item cum bestia, quæ coiit cum homine, vel inita est ab homine; aut cum separata, & cultui idololatrico oblata, aut cum mercede meretricia, aut cum pretio, aut cum heterogeneis, aut cum discepto, aut cum egrediente per costam, pascent, donec polluta fuerint; tum vendentur, & adferet pro pretio optimæ (bestie) quæ inter illas, de eadem specie. Si commixtum fuerit (sacrificium) cum profanis, optima vendantur, profana pro iis, qui illa specie opus habuerint.

Mishna II.

Sancta (si permixta fuerint) cum sanctis, species (sacrificii) cum specie (eadem) sua, hoc offeratur nomine alicujus, quicunque sit, & hoc offeratur nomine alicujus, quicunque sit: si sancta cum sanctis, species cum alia specie, pascent, donec polluta fuerint, tum vendantur, & adferet pro pretio optimæ (bestie) quæ inter illas, de una specie,

cie, & pro pretio optimæ (bestiæ,) quæ inter illas, de altera specie, & perdat excessum (pretii) ex domo sua (hoc est de proprio.) Si commiscetur cum primogenito, & cum decimis, pascent, donec polluta fuerint; tum edentur sicut primogenitum, & sicut decimæ. Misceri possunt omnia, exceptis sacrificio pro peccato, ac oblatione pro reatu.

Mishna III.

Oblatio pro reatu, quando commiscetur cum sacrificio Eucharistico, pascent, donec polluta fuerint. R. Schimeon dicit, utrumque macetur in aquilone, atq; comedatur juxta id, quod gravius inter illa. Dixerunt autem ei; non adducunt sancta in statum reprobationis. Frusta cum frustis si miscentur; sancta sanctorum cum sanctis levibus; Ea quæ manducant die uno, cum iis q; iæ manducantur per duos dies: tum eduntur sicut id, quod inter illa gravius.

Mishna IV.

Si membra sacrificii pro peccato cum membris holocausti miscentur: R. Eliefer inquit; ponat superius (super ligna:) tum enim habeo ego carnem sacrificii pro peccato superius positam, ac si essent ligna. Verum sapientes dicunt; mutetur forma eorum, & tunc extortentur in locum combustionis.

Mishna V.

Cum mixta fuerint membra cum membris bestiarum vitiatarum, R. Eliefer ait, si obtulerit (sacerdos ignarus) caput unum illorum, tunc offerri debent capita omnia: si autem crura unius ex istis, tunc offerantur omnia crura. At sapientes inquiunt; etiam si oblata fuerint omnia excepto uno ex iis, hoc (tamen) educendum est in locu combustionis.

Mishna VI.

Sanguis, qui commiscetur aquâ, si in eo est aspectus sanguinis, licitus est. Si cum vino commixtus fuerit, reputant illum quasi esset aqua. Si commixtus fuerit cum sanguine bestie, aut cum sanguine feræ, reputant illum quasi esset aqua. Quamvis R. Jehuda dicat; non esse sanguinem, qui sanguinem irritum reddat.

Mishna VII.

Si commixtus fuerit (anguis) cum sanguine reprobatorum, effundatur in stagnum: (Sic etiam si commixtus fuerit) cum sanguine expresso,

presso, effundatur in stagnum. Quamvis R. Elieser rectum pronunciet. Si absque deliberatione effuderit, legitimus est.

Mishna VIII.

(Si commixtus fuerit) sanguis perfectorum cum sanguine vitiatorum, effundatur in lacum. Si poculum cum poculis; R. Elieser inquit, si oblatum fuerit unum poculum, offerant (reliqua) omnia pocula. Verum enim vei dicitur, Doctores dicunt, etiam si oblatu s fuerint cuncta, usq; ad unum ex illis, (attamen hoc) effundatur in lacum.

Mishna IX.

Si commixti (sanguines) fuerint ii, qui deorsum effundendi, cum iis, qui effundendi sursum; R. Elieser ait; effundantur (omnes) sursum. Nam repto deorsum effundendas, sursum effusos, ac si essent aquæ; deinde revertens effundat deorsum. At sapientes dicunt, effundantur in lacum, quod si non consideraverit, atq; effuderit, benè habebunt.

Mishna X.

Si (sanguines,) qui aspergendi aspersione una commiscetur cum iis, qui aspergi debent aspersione una, aspergantur aspersione una. Si qui aspergi soliti aspersione quaterna (commiscetur) cu iis, qui aspergendi sunt aspersoribus quatuor, aspergantur aspersione quaterna. Si (sanguines,) qui effundendi aspersoribus quatuor, miscetur cum aspergendi aspersione una: R. Elieser dicit, aspergantur aspersione quaterna: at R. Josea inquit, aspergantur aspersione una. Respondit ei R. Elieser, nonne sic peccat, contra τι non diminues? Respondit ei R. Josea, nonne (isto modo) transgreditur (legem); nihil addas? Objicit (iterum) huic R. Elieser, haud dictum, ne addas (quid), nisi de re impermixta. Opposit ei R. Josea, sed nec dictum est, non diminues, nisi de re impermixta. Et amplius dixit R. Josea, quando asperferis, transgredieris τι nihil addes; facisque simul opus manu tua: at quem non asperferis, (rurus) quidem errasti contra τι, non diminues; non tamen facis factum manu tua.

Mishna XI.

Si (sanguines) effundendi intus, commiscetur cum iis, qui effundi debent foris, in stagnum effundantur. Si quis tamen sparbit foris, redditque ac sparbit intus, rectum est. Sed si quis reversus est sparbitque foris; R. Akiba illegitimum dicit; Sapientes autem pro recto habent.

Dixit

17.

Dixit quidem R. Akiba, quemvis sanguinem, qui ad expiandum in templum illatus, reprobū esse. E contrario ajunt Sapientes, de sacrificio pro peccato tantum valere. R. Elieser tamen addit quoq; oblationem pro reatu, quia dicitur; sicut sacrificium pro peccato, ita oblatio pro reatu.

Mischna XII.

Si quis sacrificii pro peccato sanguinem accipit duobus in poculis, efferturqne unum ex illis foras, id tamen quod intus est, rectum est. Si portatur unum eorum introrsum; R. Jose Galilæus licitum pronuntiat exteriorius: verum Sapientes dicunt reprobū. Dixerit licet R. Jose Galilæus; si propter locum, cuius profanat cogitatio, h. e. exteriorē, non facimus reliquum, exportato similem; nonne loco, de quo cogitatio non reprobū reddit, h. e. interiori hoc juris erit, ut non faciamus reliquum illato similem? Si quid illatum fuerit ad expiandum, etiam si nondum expiaverit, reprobatur; sunt verba R. Elieseris. At R. Simeon dixit; usque dum expiat. R. Jehuda inquit, si per errorem intulerit, benè habebit. Nullos sanguines reprobos, qui sparguntur super altare, expiat lamina sacerdotalis, exceptis immundis. Nam lamina sacerdotalis expiat quidem immundum; non autem exportatum.

CAP. IX.

Mischna I.

Altare consecrat id, quod est conveniens ipsi. R. Josea dicit, quicquid solet comburi, si ascendit, nō descendat, quia dicitur; est holocaustum in foco altaris. Quomodo se habet verò holocaustum, quod convenit igni? si ascenderit, non descendat. Ergo quicquid etiam est conveniens in ignita, si ascendit, non descendat. Rabban Gamaliel inquit; omne dignum (positu) in altare, si ascendit, non descendat, juxta scripturam; est holocaustū in foco, super altari. Quomodo habet holocaustum, quod aptum est (ut ponatur) super altare? si ascenderit, non descendat. Ergo quicquid etiam congruum est altari, si ascendit, nō descendat. Nihil dissentunt Rabban Gamaliel atq; Rabbi Josea, nisi circa sanguinem & libamina. Nam Rabbane Gamalieli dicente, non descendant, contrà (recte) vult R. Jehoschea, ut descendant. Ait R. Schimeon si sacrificium legitimū, libamina verò illegitima, item si libamina justa, sed sacrificium profanum: imò si utrumq; reprobū; sacrificium non descendant, libamina autem descendant.

C

Mischna

Mishna II.

Et hæc sunt, quæ si ascenderint, non descendunt: (nimirum) id, quod per noctem remanet, pollutum, egrediens, quod mactatum extra (certum) tempus suum, locumq; suum; & quod acceperunt profani, & sparserunt sanguinem ejus. R. Jehuda dicit, quicquid mactatum est nocte, (&) cuius sanguis sparsus, & cuius egressus sanguis extra velum, si ascenderit, descendant. R. Schimeon quidem inquit, non descendant, quia R. Schimeon dixit, cuiuscunque profanatio contingit in sanctuario, sanctuarium admittit illud, (contrà) cuius profanatio non contingit in sanctuario, sanctuarium etiam non accipit.

Mishna III.

Hæc sunt, quorum profanatio non accidit in sanctuario, bestia, quæ vel coit cum homine, vel inita est ab homine, separata, cultui idolatrico oblata, merces meretricia, pretium, heterogenea, discerptum, egrediens per costam, vitiata. R. Akiba licita pronuntiat vitiata. R. Chanina Vicarius Sacerdotum (rectius) ait, dejectus pater meus vitiata ex altari.

Mishna IV.

Quemadmodum, si ascenderint, non descendant; sic si descendint, non ascendunt. Quæcumque tamen ascenderunt viva in verticem altaris, descendant. Holocaustum si ascendit vivum in verticem altaris, descendant: Sin mactatum fuit in vertice altaris, excoriet, & dividat in loco suo.

Mishna V.

Et hæc sunt, quæ si ascenderint, descendunt; caro sanctorum sanctorum, & caro sanctorum levium, & residuum Homer, & duo panes, panis facierum, reliquiæ oblationum, suffitus. Lana, quæ in capitibus ovium, atque pilus qui in barba arietum, ossa, nervi, cornua, unguæ scissæ, quo tempore coniuncta sunt, ascendant. Quia dicitur; & adolebit sacerdos omne super altari. Separata, nō descendant, dicitur enim; & facias holocaustum tuum ex carne & sanguine.

Mishna VI.

Et omnia, quæ decidunt ab altari, nemo restituat. Sic & pruna, quæ decidit ab altari. Membra verð, quæ decidunt de altari ante dimidium (noctis), restituit, & prævaricantur contra ea; at post dimidium (noctis) non restituit, nec prævaricantur contra ea.

Mishna

Mishna VII.

Quemadmodum altare consecrat id, quod est conveniens ipsi; sic clivulus consecrat. Quomodo altare ac clivulus consecrant ea, quæ convenienti ipsis, simili modo vasa consecrant. (Sicut) vasa humidi consecrant humidum, ita mensura aridi consecrant aridum. (Sicut) vasa humidi non consecrant aridū, (ita) nec mensura aridi consecrant humidum. Vasa sancta, quæ perforata sunt, cum faciunt aliquid de opere suo, quod facere solebant, cum essent integra, consecrant: si minus, non consecrant. Non autem omnia ista consecrant, nisi in sanctuario.

C A P. X.

Mishna I.

Quicquid altero frequentius est, id etiam præcedit alterum istud. Jugia præcedunt Mūaphim (Accessoria:) Accessoria Sabbathi præcedunt accessoria novilunii: Accessoria novilunii præcedunt Accessoria principii anni: quia dictum; præter holocaustum matutinum, quod est in holocaustum juge, faciatis ista.

Mishna II.

Porro quicquid sanctius est altero, præcedit alterum istud. Sanguis sacrificii pro peccato antecedit sanguinem holocausti, propterea quod expiat. Membra holocausti præcedunt adipes sacrificii pro peccato, propterea quod consumuntur tota igne. Sacrificium pro peccato anteit ignita, quia sanguis ejus effunditur super quatuor cornua, & super fundamentum. Sacrificium pto reatu præcedit sacrificium eucharisticum & arietem Nasiræi, quoniam est sanctum sanctorum. Sacrificium eucharisticum atq; aries Nasiræi antecedunt sacrificia pacifica, propterea quia edi solent die uno, & requirunt panem. Sacrificia pacifica antecedunt primogenitum, quoniam sunt obstanta ad quatuor effusiones, impositionem manuum, libamina & agitationem pectoris atque armi.

Mishna III.

Primogenitum antecedit decimas, ideo quia sanctitas ejus incipit ob utero, atque a sacerdotibus comeditur. Decimæ antecedunt aves, quoniam sunt sacrificium, & sunt in illis sancta sanctorum, sanguis scil. eorum, & adipes eorum.

Mischna IV.

Aves præcedunt Minchas i.e. munera, quia sunt species sanguinum. Mincha peccantis præcedit Mincham voluntariam, quoniam offertur pro peccato. Sacrificium pro peccato ex ave offertur ante holocaustum ex ave; & sic se habet res in sanctificatione.

Mischna V.

Omne sacrificium pro peccatis, quod in lege est, præcedit sacrificium pro reatu, excepto sacrificio pro reatu leprosi, quia offertur in finem rectificationis. Omnia sacrificia pro reatu, quæ sunt in lege, offeruntur bimula, atque emuntur ex argento sacerdotum, excepta oblatione pro reatu Nasirai, oblatione que pro reatu leprosi, quæ offeruntur anniculæ, nec emuntur ex sacerdotum argento.

Mischna VI.

Quemadmodum ista præcedunt in oblatione sua, sic (etiam) præcedunt in comedione sua. Sacrificia pacifica præteritæ diei, & sacrificia pacifica hujus diei quod attinet, hesternæ diei præcedunt. Sacrificia pacifica præteritæ diei sacrificium pro peccato & oblationem pro reatu diei hujus præcedunt: sunt verba R. Meir. Verum enim verò sapientes dicunt, sacrificium pro peccato antecedere, quia est ex sanctis sanctorum.

Mischna VII.

Et in omnibus ipsis licitum est sacerdotibus variare in comedioniis ipsis, ut comedant, vel assata, vel elixata, vel cocta, &c ut dent in ea condimenta profana, vel condimenta Thrumæ; hæc dixit R. Schimeon. R. Meir (rectius) inquit; non det quis in ea condimenta Thrumæ, quia non debet Thrumam profanationi obnoxiam reddere.

Mischna VIII.

Dixit R. Schimeon, si videris oleum, quod partiuntur inter se in atrio, non opus tibi est querere, quid hoc sit; sed est reliquum lagani Mincharum Israëlitarum, & sextarius olei leprosi. Si videris oleum effusum super ignito, non tibi opus erit, ut queras, quid hoc sit; sed est reliquum lagani Mincharum sacerdotum, & Mincha Sacerdotis undi, quoniam non voluntariè offerunt oleum. R. Tarphon tamen (rectius) dicit; voluntariè offerunt oleum.

CAP.

C A P . X I .

Mischna I.

Sanguis sacrificii pro peccato quando effunditur super vestimentum; Ecce istud tenetur, ut lavetur. Etiam si enim scriptura non loquitur, nisi de iis, que edi debent, quia dictum; in loco sancto edas: attamen eodem modo ea, quæ comeduntur, & ea, quæ intrinseca sunt, obligantur ad lotionem; quia dicitur; Lex sacrificii pro peccato. Ergo lex una est omnibus sacrificiis pro peccato.

Mischna II.

Sacrificium pro peccato si ineptum fuerit, sanguis ejus non obligatur ad lotionem, sive habuerit tempus correctionis, sive non habuerit tempus correctionis. Quod nam (autem) est, quod tempus correctionis habet? quod factum est pernox, quod factum est pollutum, & quod egressum est. Quod nam verò istud, quod non habet tempus correctionis? quod mactatum est extra tempus suum, extraq; locū suum, atq; quod acceperunt, qui non debebant, sparseruntq; sanguinem ej.

Mischna III.

Si quid aspersum fuerit de collo in vestem, non obligatur ad lotionem. Si de cornu, aut de fundamento, lotio haud necessaria. Si effusum (quid) fuerit super pavimentum, collegeritq; quis (illud,) ad lotionem non tenetur. Non enim tenetur ad lotionem, nisi sanguis, qui exceptus fuerit in vas, & idoneus, qui aspergatur. Si quid sparsum fuerit super pellem, antequam excoriata fuerit, non necesse habet lotionem. Si excoriata, oportet lavare, hactenus R. Jehuda. R. Elieser largitur & hoc, quod, si excoriata fuerit (cutis,) non opus habeat lotione. Non enim tenetur ad lotionem nisi locus sanguinis, & res, quæ admittit immundiciem atque apta lotioni est.

Mischna IV.

Tam vestimenta, quam cilicia pelleseq; ad lotionem obligantur in loco sancto. Item fractura vasorum testaceorum sit in loco sancto. Item mundatio, ac immersio vasorum æneorum, in loco sancto. Hoc est rigorosius in sacrificiis pro peccato, quam in sanctis sanctorum.

Mischna V.

Vestimentum si (pollutum sanguine sacrificii pro peccato) egreditur extra vela, tum ingreditur, & lavat istud in sancto loco. Si pollutum fuerit extra vela, lacerat id, deinde ingreditur & lavat istud sancto

in loco. Vastestaceum quando egreditur extra vela, tum ingreditur, & frangit illud in loco sancto; si immundatum fuerit extra vela, perforat illud, & ingressus frangit id in sancto loco.

Mishna VI.

Vas ex ære, quod egreditur extra aulæa, ingressus expoliat, immersendoque abluat in loco sancto; si impurum factum est extra aulæa, diminuat, ingressusq; tergit, ac immersat istud in sancto loco.

Mishna VII.

Sive coixerit in eo, sive evacuaverit in illud servens, sive etiam sancta sanctorum, sive sancta levia fuerint, obligatur ad abstersionem & immersionem in aquam. R. Schimeon dicit; sancta levia non opus habere abstersione, & immersione in aquam. R. Tarphon inquit; si coixerit in eo ab initio festi; coquat in eo per totum festum. Sed Sapientes dicunt; usq; ad tempus comedionis, abstersione valet, & immersio in aquam. Abstersione fit juxta abstersionem poculi, & immersio in aquam secundum immersionem poculi in aquam. At abstersione fit in calidis, ac immersio in aquam in frigidis. Veru & craticulam eluant in aquis ferventibus.

Mishna VIII.

Si quis coixerit in eo sancta simul & profana, aut sancta sanctorum, atq; sancta levia, tum si est in illis tanquam dans saporem, levia debent edi uti graviora, nec opus habent abstersione, & immersione in aqua, nec profanant tactu. Laganum quando tangit Laganum, aut frustum frustum, tum non totum laganum, nec tota frusta prohibita sunt, sed nihil est vetitum, nisi locus, qui absorbet.

CAP. XII.

Mishna I.

Lavandis eodem die, & egenis expiationibus, non capiunt partem de sanctis ad edendum circa vesperam. Plangens nec tangit, nec offert, nec capit partem ad comedendum in vespera. Vitiati, sive sint vitia constantia sive vitia momentanea, participant ac edunt: sed non offendunt. Quisquis non est aptus cultui, non participat de carne, & cunctis; non est (pars) in carne, (ei etiam) non est in pellibus. Etiam si quis immundus sit, hora sparsionis sanguinum, & purus in hora adulacionis pinguedinum; non participat de carne, quoniam dictum; offerenti sanguini-

23.

Sanguinem sacrificiorum pacificorum & adipem è filiis Aharonis, erit
crus dextrum in partem.

Mishna II.

In cuiuscunq; carne nullum acquisivit jus altare; in ejus cute etiam sacerdotes nihil juris habent: dicitur namque; holocaustum viri, h. e. holocaustum, quod ascendit viro. Holocaustum quod mastatur absq; mentione nominis sui, non quidem imputatur suo Domino, (tamē pertinet) pellis ad sacerdotes. Sive holocaustum viri sit, sive holocaustum mulieris; cutes eorum sacerdotibus (competunt.)

Mishna III.

Pelles sanctorum levium, dominorum sunt. Pelles verò sanctorum sanctorum, sacerdotum: argumentando à minori ad majus; nam si in holocausto, in cuius carne nihil juris habent, cutem tamen sibi acquirunt, æquum non magis erit de sanctis sanctorum, quorum acquirunt carnem, ut acquirant etiam cutem eorum? (In contrarium) altare non præbet argumentum: quippe quod nihil omnino juris in cute habet.

Mishna IV.

Nullorum sanctorum, in quibus obtingit profanatio ante excoriationem, pelles sunt sacerdotum: sin post excoriationem, pelles illorum sunt sacerdotum. Dixit R. Chanina præfetus sacerdotum, à diebus vita mea non vidi cutem educi in locum combustionis. Inquit R. Akiba; ex ejus verbis discimus, quod si quis excoriat primogenitum, & reperitur discriptum, sacerdotes cutes ejus fruantur. Verum enim verò Sapientes ajunt; si utique sita se habeat, attamen non videmus ullam demonstrationem: igitur educitur in locum combustionis.

Mishna V.

Juvenci comburendi, & hirci comburendi, quo tempore comburentur juxta præceptum eorum, comburuntur in loco cineris, atque impura reddunt vestimenta. At si non juxta præscriptam legem comburuntur, comburuntur in sanctuario, & non immundant vestes.

Mishna VI.

Quando exportant ista super vectibus, tum si egressi fuerint priores extra murum atrii, dum posteriores non egressi sunt: Priores immunda faciunt vestimenta, sed posteriores nō immundant vestimenta, usq; dum egressi fuerint & ipsi. Sin egressi fuerint omnes, tunc etiam omnes immun-

immunda habebunt vestimenta (sua.) R. Schimeon (male) negat, ullos polluere vestimenta, usq; dum exortus fuerit sol super plerosq; eorum. Si discissa fuerit caro, incendens vestimenta haud maculat.

C A P . X I I I .

Mischna I.

Si quis mactaverit simulq; obtulerit foris, reus est propter mactationem, reusq; propter oblationem. R. Jose Galilaeus dicit; si mactaverit intus, atq; obtulerit foris, peccat. Si mactaverit foris, obtuleritque foris, liber est, quia non obtulit foris, nisi rem profanam. Objecerunt ei, etiam is qui mactat intus, & offert foris, postquam eduxit, profanavit illud.

Mischna II.

Immundus si ederit, sive sanctum immundum, sive sanctum mundum, reus est. R. Jose Galilaeus dicit; Impurus si ederit purum, reus fit; sed impurus si ederit impurum, liber est, quia non edit, nisi rem pollutam. Objecerunt ei; etiam pollutus si ederit mundum, postquam texit illud, immundus fecit illud; verum purus si ederit impurum, liber est, quia non nisi super immunditie corporis reus fit.

Mischna III.

Strictius jus est in mactatione quam in oblatione, & (vicissim) in oblatione quam mactatione. Strictius jus est in mactatione; quia quando quis mactat pro Idiota, reus est; & contrario si offert pro Idiota, liber est. Strictius jus est in oblatione; Nam duo si acceperint cultrum, atq; mactarint, liberi sunt; si sumserint membrum & obtulerint illud, rei sunt. Si quis obtulit & rediit, rursusq; obtulit ac rediit, & tertium obtulit, reus est super qualibet oblatione: hæc dixit R. Schimeon. R. Jose vero (recte) dicit; non reus fit nisi unius oblationis, & non reus fit, nec obtulerit in principio altaris. R. Schimeon licet inquit, etiam si obtulerit super petra, aut super lapide, reus fit.

Mischna IV.

Sive sancta proba, sive sancta reprobata sint; si reproba fuerint facta in sancto & obtulerit quis ea foris, reus est. Si quis obtulerit in stat olla de holocausto, aut adipibus foris, reus est. Si quis collegerit in pugillum (fatinam,) aut thus, aut suffitum, aut munus sacerdotum, aut munus sacerdotis uncti, aut munus libaminum, obtuleritque ex uno isto-

26.

istorum sicut olivam foris, reus est. R. Eleasar liberum dicit, donec obtulerit totum. Quod si, quæcumque sint, obtulerit intus, at reliquerit de iis tanquam olivam, obtuleritque foris, reus fit: contraria, quibuscumque quid defecerit, atque (postea) obtulerit ea foris, liber est.

Mischna V.

Si quis obtulerit sancta adipesque eorum foris, reus fit. Si manus, quo de non sumptus est pugillus, obtulerit foris, liber est. Si pugillum ex eo sumserit, & pugillus (hic) ejus in illud reciderit, tumq; id obtulerit foris, reum se facit.

Mischna VI.

De manipulo (farine) & thure si obtulerit quis unum foris, reus est. R. Eleasar remittit, donec obtulerit alterum. Si unum intus, alterumque foris, reus est. Si duarum acerrarum thuris obtulerit unam foris, reus est. R. Eleasar liberum dimittit, usque dum obtulerit alteram. Si unam intus & alteram foris, reus est. Si quis sparserit partem sanguinum foris, reus est. R. Eleasar dicit, etiam si libat aquas festi in festo extrâ, reus est. R. Nehemia inquit, si foris offert reliquias sanguinis, reus est.

Mischna VII.

Si quis ungue fecat avem intus, & offert foris, reus est. Si discerpit foris, & offert foris, immunis est. Si mactat avem intus, atque offert foris, liber est. Si mactat foris, & offert foris, reus est. Reperitur modus, quo quod rectum est intus, liberum fit foris; (itemque) modulus, quo quod rectum foris, est licitum intus. Rabbi Schimeon ait, super quocunq; rei fiunt foris, rei fiunt; super simili etiam intus, quando quis offert illud foris, excepto eo, qui mactat intus, & offert foris.

Mischna VIII.

Sacrificii pro peccato sanguinem si quis acceperit in poculo uno, obtuleritque foris, redierit autem, & obtulerit intus: Aut si intus, & redierit atque obtulerit foris, reus est: Quia omnia intus offerri debent. Si acceperit sanguinem ejus duobus in poculis, & obtulerit duo ista intus, liber est; si vero duo ista foris, reus est. Si unum intus, alterum foris, liber est; si unum foris, alterum intus, reus est sa-

D

per

per exteriori, sed interius expiat. Cui res similis est? Separanti sacrificium suum pro peccatis, sed perit, atque separat aliud pro illo, quando autem reperitur primum, ecce tunc separatum manet utrumque. Quando tum mactat duo illa intus, liber est; quando mactat duo ista foris, reus est. Si unum intus, & alterum foris, est liber. Si unum foris, & alterum intus, reus est super exteriori; sed interius expiat; quemadmodum sanguis ejus liberam facit carnem ejus, sic liberam facit carnem alterius.

CAP. XIV.

Mishna I.

Juvenca sacrificii pro peccato, si comburitur extra struem suath (lignorum;) Item si hircus emissarius offeratur foris, culpa vacat; quia dicitur, & ad januam tentorii cœtus ne adducant: (nimis) quod non idoneum est, ut intret per januam tentorii conventus, propter illud non fiunt rei.

Mishna II.

Bestiam, quæ vel coit cum homine, vel inita est ab homine, item separatam, & cultui idololatrico oblata, nec non mercedem metrictiam, pretium, heterogeneam, disceptam, egradientem per costam (hæc, inquam) si quis obtulit foris, liber est; Dicitur enim, coram tabernaculo Domini, unde quicquid non dignum (ut listatur) coram tabernaculo Dei, super illo (etiam) non rei fiunt. Vitiosa, sive sint vitia durabilia, sive vitia non durabilia, quando quis offerit, immunitis est. R. Schimeon dicit, si vitia habent durabilia, liber erit: si vitia non durabilia (seu transuentia) transgredientur præceptum negativum. Turtures, quorum tempus nondum avenit, & pullos, quorum tempus (jam) præterit, quando quis obtulit foris, liber est. R. Schimeon, Evidem, inquit, (si quis obtulit) pullos columbarum, quando jam tempus destinatum transferat, liber est; sed turtures (si obtulerit.) quorum certum tempus nondum accessit (lædit) negativum præceptum illud; non offeres eam & filium ejus. Item si deficiens tempore, liber est. R. Schimeon ait; Atqui hic lædit præceptum negativum. Quia dixit R. Schimeon, omne, quod aptum est, ut possit alio tempore venire; Ecce hoc est sub præcepto negativo; non tamen in eo est exercitio.

27.

cisio. Sed sapientes dicunt, omne id, in quo non est excisio, etiam non
est sub præcepto negativo.

Mishna III.

Item (inquam) si deficiens tempore suo; sive illud deficiat quo-
ad seipsum, sive quoad Dominum suum. Quodnam ergo est, quod
deficit tempore quoad Dominos suos? (Hoc est:) quando vir aut fe-
mina fluxum patiens, puerpera, aut leprosus obtulerint sacrificium
pro peccato & oblationem pro reatu foris, liberi sunt; si autem obtu-
lerint holocausta sua, & sacrificia pacifica sua foris, rei sunt. Si
quis obtulerit de carne sacrificii pro peccato de carne sacrificii pro rea-
tu, de carne sanctissimorum, de carne sanctorum levium, & residuum
Homeri, & duos panes, atque panem facierum, reliquiasque munera-
rum: (item) si effuderit, miscuerit, frigerit, saliverit, agitaverit, obtu-
lerit, disposerit mensam, & ornaverit lampadas, collegerit in pugil-
lum, atque acceperit sanguines foris, liber est. Non obligantur super
ullo (istorum) nec ratione alieni, nec ratione immunditiei, nec ratio-
ne destituti vestibus, nec ratione lotionis manuum & pedum.

Mishna IV.

Antequam erexitur esset tabernaculum, fuerunt excelsa licta, &
cultus per primogenitos siebat: postquam erexitur est tabernaculum,
prohibita fuerunt excelsa, & cultus per sacerdotes factus est. Sancta
sanctorum edebantur intra vela; sancta levia in totis castris Israëlis.

Mishna V.

Ubi venerunt in Gilgal, atque licta fuerunt excelsa, sancta san-
ctorum comedebantur intra vela; sancta levia quolibet in loco.

Mishna VI.

Cum venerunt in Schilo, prohibita esse cuperunt excelsa; Non
tamen fuit illic contignatio; sed strucitura lapidum inferius, & aulae
superius. Et ille fuit quietis locus. Tum sancta sanctorum edere so-
lebant intra aulae; sancta levia, & decimas secundas quo usque pro-
spectus dabatur (vel exhibat.)

Mishna VII.

Cum venissent in Nob & Gibeon, permittebantur excelsa; san-
cta autem sanctorum comedere solebant intra aulae: sancta levia in
omnibus urbibus Israëlis.

Mishna

Mischna VIII.

Cum venerunt in Jerusalem, prohibita sunt excelsa, neque amplius fuerunt licita. Nam hac erat possessio. Sancta autem sanctorum manducare mos erat intra aulae; sancta levia & decimas secundas intra murum.

Mischna IX.

Quæcunque sancta quis consecravit tempore prohibitorum excelsorum, & obtulit tempore prohibitorum excelsorum foris: ista impegerunt in præceptum affirmativum, & in præceptum negativum, atque rei facti sunt super illis excisionis. Si quis consecravit ista tempore missorum excelsorum, & obtulit tempore prohibitorum excelsorum, tum impegerunt in præceptum affirmativum, sed non in præceptum negativum, nec rei facti sunt ob illa excisionis. Si quis consecravit ista tempore prohibitorum excelsorum, obtulitque tempore licitorum excelsorum: Tunc (iterum) impegerunt in præceptum affirmativum, nihil quicquam autem in præceptum negativum.

Mischna X.

Hæc sunt sancta, quæ offerunt in tabernaculo; sancta, quæ sanctificantur pro tabernaculo, si oblationes fuerint cœtus, offeruntur in tabernaculo: At oblationes privati in excelso. Oblationes privati, quæ consecrantur pro tabernaculo, offeruntur in tabernaculo; si tamen offert quis ea in excelso, liber est. Quid inter excelsum privati & inter excelsum cœtus interest? manuum impositio, & mactatio ad septentrionem, sparsio circumquaque, ventilatio, appropinquatio. R. Jehuda inquit, non Minchah locum habet in excelso, aut officium sacerdotale, aut vestes ministerii, aut vasa ministerii, aut odor quietis, aut sepimentum inter sanguines, aut lotio manuum, atque pedum; sed tempus certum, & residuum atq; pollutum tam in hoc quam in illo æ qualiter se habent.

*ABSOLVTVS EST TRACTATVS
DE SACRIFICIIS.*

שניר
טכנת נרכות

id est

TRACTATUS TALMUDICI DE PRECIBVS, VERSIO LATINA.

CAP. I.

Mishna I.

A quo tempore legunt lectionem Audi vespertinam? ab hora, quā Sacerdotes ingrediuntur ad edendum Thrumam suam usque ad finem custodia primā; sunt verba R. Eliezeris. Sapientes verò dicunt; ad dimidium (scil. noctis.) Rabban Gamaliel ait; usque dum ascenderit columna aurora. Hinc accidit, ut, quando filii ejus ē domo, in quā convivium habitum, venerunt, dicentes, non legitimus lectionem Audi, dixerit ille, nisi ascenderit columna auroræ, obligati estis ad legendum. Nec tantum in hoc, verùm in omni, de quo dicunt Sapientes, usque ad di- midium (scil. noctis.) præceptum obligat, donec ascenderit columna auroræ. Sic quoad additionem adipum & membrorum, præcepta eorum obligant, usque dum ascenderit columna auroræ, omniumque, quæ comedere licet in diem unum, præceptum obstringit, donec ascenderit columna auroræ. Si res ita sese habet, quare ergo dixerunt sapientes usque ad dimidiā noctem? (nimirū) ut procul abigerent hominem à transgressione.

Mishna II.

A quo tempore legunt lectionem, Audi, Matutino tempore? ex quo quis inter noscere potest inter hyacinthinum & album. R. Eliezer inquit, (ex quo cognosci potest) hyacinthinum à prasino; & absolvit, donec oriatur Sol; R. Jehoschea dixit; usq; ad horam tertiam; Filii enim Regum tertią horā surgere solent. Qui legit hinc & deinceps

2.

ceps, non perdit (scil. tempus,) sicut homo, qui in lege legit (seu occupatus est.)

Mishna III.

Schola Schammæi inquit; in vespera, quilibet homo (debet) inclinare se atque legere, sed matutino tempore stare, quoniam dictum est: tum cum cubas, tum cum stas. Sed Schola Stici Hillelitis dicunt, quemcunque hominem legere posse secundum consuetudinem suam, quia dicitur; & cum ambulas in via tua. Si ergo sic; quare dicitur, & ubi cubabis & stabis? (Resp.) hora quâ filii hominum cubant, & horâ, qua filii hominum stant. Dixit R. Tarphon, ingressus viam inclinavi me ad legendum juxta verba Scholæ Schammæi, & incidi per meipsum in latrones. (Tunc) dixerunt ei; dignus fuisti, qui obnoxius (morti) per teipsum fieres, quia transgressus es verba Scholæ Hillelitis.

Mishna IV.

Manè benedicit bis ante illam, & semel post illam; in vespera autem bis ante illam, & bis post illam, semel prolixè & semel breviter. In loco, quo constituerunt, quod immorandum, non est potestas ad abbreviandum; quod abbreviandum, non est facultas ad immorandum; quod concludendum, non est licitum, non concludere & ubi, quod non concludendum, non est licitum concludere.

Mishna V.

Meminerunt exitus ex Ægypto in noctibus. Dixit R. Eleasar filius Asatiæ: En ego fui septuagenarius, nec tamen merui, ut dicereatur exitus ex Ægypto in noctibus, usque dum explicavit Ben. Dsuma illud, quod dicitur, ut memineris diem exitus tui è terra Ægypti totis diebus vita tuæ, ita dies vita tuæ, sunt dies, toti dies vita tuæ sunt noctes. Sed Sapientes dixerunt; dies vita tuæ, sunt mundi hujus (dies,) toti dies vita tuæ ad includendum dies Messia.

CAP. II.

Mishna I.

Si quis legit in lege, & advenit tempus lectioñis (nisi Audi,) tum si attendit animum, satisfecit, si vero non attendit, non satisfecit. In articulis, salutat honoris causa & resalutat; in medio autem, salutat pro-

³
propter timorem, & resalutat; sunt verba R. Meir. R. Jehuda dicit,
in medio salutat propter timorem, resalutat verò honoris causa. In
articulis salutat propter honorem & resalutat omnem hominem.

Mischna II.

Hæ sunt (salutationes) inter particulas. (quaæ nimirum sunt)
(1.) inter benedictionem primam & secundam (2.) inter secundam,
& τὸ schema, id est Audi (3.) inter τὸ schema, id est Audi, & inter ve-
hajah im schamo a h.e. Er erit, si audiendo, &c. (4.) inter τὸ vehaja,
i. e. & erit, si audiendo, &c. & inter vajomer, i. e. & dixit (5.) inter
vajomer, i. e. & dixit, & inter Ᾱmeth vejazib, i. e. & veritas, & certi-
tudo. R. Jehuda dicit; inter vajomer, & dixit, & inter, Ᾱmeth vejazib,
veritas & certitudo, non subsistet. Dicit R. Jehosche filius Kor-
cha; quare præcedit τὸ schema, Audi, ante vehaja im schamo a. i. e. &
erit, si audiendo? &c. (Resp.) Ideo ut suscipiat in se jugum regni cœ-
lorum primò; deinde demum recipiat in se jugum præceptorum.
Quare τὸ vehaja im schamo a, i. e. & erit, si audiendo &c. ante vajo-
mer? (Resp.) quia τὸ vehaja, i. e. & dixit, est in consuetudine die no-
ctuque: Vajomer (& dicet) autem non nisi in die.

Mischna III.

Qui legit lectionem, nec facit audire aurem suam, satisfecit. R.
Jose inquit, non satisfecit. Qui legit, nec literas ejus rectè pronuntiat.
R. Jose ait; satisfecit. R. Jehuda dicit, non satisfecit: Qui legit præ-
postere, non satisfecit. Qui legit & errat, redeat ad locum, ubi er-
avit.

Mischna IV.

Artifices possunt legere in summitate arboris, aut in summitate
acervi lapidum: quod non possunt facere similiter in precibus.

Mischna V.

Sponsus liber est à lectione Audi, in nocte prima usque ad exitum
Sabbathi, si non facit opus. Historia de Rabban Gamaliele. Qui ali-
quando legit in nocte prima, cum duxit uxorem. Dixerunt ei disci-
puli ejus; nonne docuisti nos Rabbi noster, quod sponsus liber sit à
lectione, Audi, in nocte prima? Dixit eis, ego non obtempero vobis ad
deponendum à me regnum cœlorum, etiam horam unam.

4.

Mischna VI.

Idem lavit se nocte prima, quā mortua est uxor ejus. Dixerunt ei discipuli ejus; Nonne docuisti nos, Rabbi noster, quod lugenti locatio sit prohibita? Dixit eis, ego non sum sicut reliqui omnes homines. Infirmus enim sum.

Mischna VII.

Postquam mortuus esset Tobias, servus ejus, super illo accepit consolations. Dixerunt ei discipuli ejus; Nonne docuisti nos, Rabbi noster, quod non accipiāt consolations super servi? Dixit istis, Tobias servus meus non, sicut reliqui omnes servi, fuit; sed egregius fuit.

Mischna VIII.

Sponsus, si legere vult lectionem, Audi, nocte prima, legat. Rabban Schimeon Ben Gamaliel dicit; Non omnis, qui voluerit assumere nomen Dei, assumet.

CAP. III.

Mischna I.

Is, cuius mortuus projectus est coram ipso, liber est à lectione, Audi, à precatione, & Thephillin. Portantes feretrum & succedentes ipsis, item succedentes succedentibus; (qui portant) id, quod est ante lectum, & quod est post lectum, (si ferunt) ea, quæ ad lectum sunt necessaria, per ea liberi sunt; (si) verò ea, quæ ad feretrum hanc opus, obligati sunt. Utrique tamen liberi à precibus.

Mischna II.

Sepelientes mortuum, quando revertuntur, si poterunt incipere ac absolvere, donec non attigerint ordinem, initium faciant; si verò non, non incipient. Stantes in ordine (lugentium) anteriores sunt liberi; exteriores autem sunt obstricti.

Mischna III.

Mulieres atque servi minorennesque liberi (quidem) sunt à lectione Audi, & à Thephillin; attamen sunt obligati ad preces, & ad Mesusa, & ad benedictionem cibi.

Mischna IV.

Is, cui casus nocturnus accidit, cogitat in corde suo (τ ; schema, Audi), sed non benedicit, nec ante illud, nec post illud. Benedicit tamen

5.

men post cibum; ante illum autem non benedicit. R. Jehuda inquit: benedicit ante & post illa.

Mischna V.

Si quis steterit (peragens) preces, recordatusque fuerit, quod sibi acciderit casus nocturnus, non desistat, sed abbreviet. Si quis ad immergendum se (seu lavandum) descenderit, si potest ascendere & induere se, atque legere, antequam splendor solis (sol) ascenderit, tum induat se ac legat: si verò non, induat se in aquis, legatque. Modò non induat se, neque in aquis, (in quibus) stercora, neque in aquis macerationis, donec addiderit illis aquas. Quantum ergò faciet di-stantia inter illas & fordes? quatuor cubitorum.

Mischna VI.

Seminifluus, quando vedit fluxum seminis, & menstruata, quæ ejicit semen concubitus, nec non congressa cum viro, quando videt, se habere menstrua, opus habent lotione; sed Rabbi Jehuda absolvit.

CAP. IV.

Mischna I.

Precatio matutini temporis (durat) usque ad dimidium (diei:) R. Jehuda dicit, usque ad quartam horam. Precatio vespertina usque ad vesperam: R. Jehuda dicit, usque ad dimidium Minchæ. Precatio nocturna non habet fixum tempus, & additamenta omni die (valent.) R. Jehuda inquit, usque ad septimam horam.

Mischna II.

R. Nechunia filius Kanæ precatus est in ingressu suo in Synago-
gam, itemque in egressu suo, precationem brevem. Dixerunt ei,
quis locus (seu usus) est huic precationi? Respondit illis, in ingressu
meo oro, ut non obveniat (ulli) scandalum per me: In egressu autem
ago gratias pro sorte meâ.

Mischna III.

Rabban Gamaliel inquit, unoquoque die orabit homo octode-
cim (benedictiones.) R. Jehoschea dixit, sum mam octodecim: R. Aki-
ba ait, si prompta sit precatio ejus, in ore ejus, orat octodecim: sin
minus, summam octodecim (precationum.)

Mischna IV.

Rabbi Elieser dicit; qui facit precationem sibi fixam (& onerosam,) ejus preces non sunt preces. R. Jehoschea inquit, qui ambulat in loco periculo; orat precationem brevem, aitque; serva, Domine, populum tuum, reliquos Israëlis, & in omni separatione transgressionis, sint necessitates ejus coram te : Benedictus es Deus Israëlis, audiens preces.

Mischna V.

Si quis insidet a sino, descendat: si verò non potest descendere, avertat faciem suam (versus Jerüsalem;) si verò faciem suam avertere haud poterit, dirigat cor suum versus Sanctum sanctorum.

Mischna VI.

Qui sedet in navi, aut in curru, aut in ratibus, dirigit cor suum versus Sanctum sanctorum (id est, templum sanctum Hierosolymitanum.)

Mischna VII.

Rabbi Eleasar ben-Alfaraz dicit, nos (habet locum) precatio ad ditamentorum, nisi in societate urbis; sed sapientes dicunt; tam in societate urbis, quam non in societate urbis. R. Jehuda inquit nomine ejusdem; In omni loco, in quo est societas urbis, singuli liberi sunt à precatione supererogativa.

CAP. V.*Mischna I.*

Non stant ad precandum, nisi cum gravitate capitis (i.e. nisi submisso capite.) Pii primi exspectarunt horam unam, & deinde orarunt; eum in finem, ut prepararent corda sua erga Deum. Etiam si verò Rex salutet eum, non respondebit ei, & etiam si serpens circumvolitus fuerit calcaneo ejus, non abrumpet.

Mischna II.

Meminerunt virtutum pluviarum, in resurrectione mortuorum; & petunt pluyas, in benedictione annorum; & separationem (dicunt,) per, qui donas scientiam. R. Akiba dicit; dicit eam quidem benedictionem quartam pro semetipsâ. Rabbi Elieser inquit, in confessione.

Mischna

7.

Mischna III.

Si quis dicit; super nidum avis veniant misericordiae tuæ, & super bono commemoretur nomen tuum, confitentes sumus, jubent eum tacere. Si quis transit ante arcam (federis) erraveritque, transbit alius pro illo, ne videatur rebellis in ista hora. Unde ille incipit: Ab initio benedictionis, in qua erravit.

Mischna IV.

Si quis præterierit arcam (federis), post sacerdotes ne respondeat Amen, propter oblivionem. Et quando Sacerdos ibi non est, præter ipsum; nequaquam elevet manus suas. Attamen si fiducia ipsi sit, quod elevate manus suas & reverti ad preces suas possit, licentiam habeat.

Mischna V.

Preces si quis peragit, ac errat, omen illi malum est. Legatus certus si est, omen malum iis est, qui miserunt eum, propterea quod legatus hominis est, sicut ipsemittens. Referunt de R. Chanina filio Duse, quod, quum orationem pro argotis fudisset, dixerit, hic vivet, ille autem morietur. Dixerunt ei, unde tu hoc scis? respondit iis, si prompta est precatio mea (pro aliquo) in ore meo, certus sum eam exaudiri; si vero non, novi ego, hunc esse moriturum.

CAP. VI.

Mischna I.

Quomodo benedicunt fructibus? super fructibus arboris dicit (ita;) qui producit fructus arboris: excepto vino. Nam super vinum (benedicens) inquit; qui producit fructus vitis. Super fructibus autem terræ ait; Qui producit fructus terræ (cultæ:) excepto pane. Nam super pane (benedicens) dicit; qui producit panem è terra. Super oleibus, inquit; qui producit fructus terræ (cultæ:) R. Jehuda ait; qui producit species herbarum (tenerarum.)

Mischna II.

Si quis benedixerit fructibus terra (dicendo;) qui producit fructus terra, satisfecit. At si super fructibus terra; qui producit fructus ligni, (seu arboris,) non satisfecit. Si super omnibus istis dixerit, à quo cuncta facta sunt, satisfecit.

Mischna

8.

Mischna III.

Super re, quæ non crescit ex terra, dicit; qui omnia. Super aceto, & super fructu deciduo, & super locustis dicit; qui omnia. Super lacte, & super caseo, superque ovis dicit; qui omnia. R. Jehuda inquit; quicquid est species maledictionis, non benedicant super illo.

Mischna IV.

Si fuerint coram ipso species multæ: R. Jehuda dicit; si fuerit inter illas una ex speciebus septem, benedicat illi. Sapientes autem dicunt; benedicere potest, cuicunque istarum voluerit.

Mischna V.

Si quis benedicit super vino, quod ante cibum; liberum facit vi-
num, quod post cibum. Si benedicit cupediis, que ante cibum; cu-
pedias illas liberas facit, quæ post cibum. Si quis benedicit super pane,
liberas facit cupedias: (Si benedicit) super cupediis, non liberum fa-
cit panem. II. qui sc̄tæ Schammal sunt addicti, dicunt; etiam non
(liberum facit) opus ollæ.

Mischna VI.

Si qui sederint ad edendum, unusquisque benedicat pro se: (si)
accumbant, unus oret loco omnium. Si veniat ipsis vinum inter ci-
bum; unusquisque oret pro se: Si post cibum, unus oret pro omnibus.
Idem ille dicit super luffimentum, etiam si non adducunt luffimentum,
nisi post cibum sumunt.

Mischna VII.

Si afterant ante illum salitum ab initio, cumque eo panem; be-
nedicit salito, atque liberum (ad edendum) facit panem; quia panis
minus principale ei est. Hæc est Regula; ubicunque est principale, &
cum eo minus principale, benedicatur principali, ut liberum faciat
minus principale.

Mischna VIII.

Si quis ederit ficos, aut uvas, aut mala punica, benedicat post illa
tribus benedictionibus: (ita) inquit Rabban Gamaliel. At sapientes
dicunt, (tantum) benedictione una, quæ contineat summam trium.
R. Akiba ait, etiam si ederit coctum (olerum,) idque illius fuerit cibus,
benedicat post illud, tribus benedictionibus. Si quis biberit aquas pro
fili sua, dicat; qui creavit animas multas.

CAP.

9.
CAP. VII.

Mischna I.

Sitri s comedent simul, obligantur, ut præparent: si quis ederit dubium incertæ decimationis, aut decimas primas, quarum Thruma est ablata, aut decimas secundas, & sanctæ, quæ sunt redempta; aut famulos illi ederit, sicut olivam, & Samaritanus, præparent pro illis. Sed si quis ederit fructum, cuius decimæ non sunt datae, aut decimas primas, quarum Thruma non est separata, aut decimas secundas, & sanctum, quæ redempta non sunt, aut servus si ederit minus, quam olivam, & qui est idololatra, non præparent pro illis.

Mischna II.

Mulieres, & servi, & parvuli si fuerint, non præparent pro illis. Super quanto præparant? Super eo, quod est sicut oliva. R. Jehuda dicit; quod est sicut ovum.

Mischna III.

Quomodo præparant pro tribus? Incipit; benedicamus pro tribus: ipse deinde dicit; benedicite. Quomodo pro decem? Incipit; benedicamus Deo nostro pro decem; ipse deinde pergit; benedicite. Unum idemque sunt decem (homines) & decem Myriades. (Quomodo) pro centum? Incipit; benedicamus Jehova Deo nostro pro centum; deinde ulterius inquit; benedicite. Quomodo pro mille? dicit; benedicamus Jehovæ Deo nostro, Deo Israël pro mille, & porro dicit, benedicite. (Quomodo) pro myriade? dicit; benedicamus Jehovæ Deo nostro, Deo Israël, Deo Zebaoth sedenti super Cherubin; super cibo, quem manducavimus in myriade; & porro dicit, benedicite. Sicut ille benedit; sic (reliqui) respondent post ipsum. Benedicetus Jehova Deus noster, Deus Israël, Deus Zebaoth, habitans super Cherubin, super cibo, quem comedimus. R. Jose Galilæus dicit; secundum multitudinem cœtus benedicunt, quia dictum est; in congregationibus benedicite Deo Domino de fonte Israëlis. Dixit R. Akiba, quid invenimus in Synagoga? Unum idemque est, sive sint multi, sive pauci; dicit, benedicite Jehovæ. R. Ismaël inquit; benedicite Jehovæ benedicto.

b

Mischna

Mishna IV.

Tres si edunt simul, non habent potestatem se disjungendi, sic nec quatuor, nec quinque. Sex autem disperpare se posunt usque ad decem. Sed (a) decem non dividunt se, usque dum sicut viginti.

Mishna V.

Duae societates: si ederint in domo una, quo tempore quidam eorum viderint alii alios, ecce isti conjunguntur ad præparandum. Si autem non, præparant illi pro semetipsis, & hi præparant pro seipsis. Non benedicunt super vino, usque dum infuderint in illud aquas, sunt verba R. Elieseris; at sapientes inquiunt, benedicunt.

CAP. VIII.

Mishna I.

Hæ sunt res, in quibus dissentunt Doctores Scholæ Schammæ, Scholæque Hillelis. De prandio; Schola Schammæ dicit: benedit (quis) super die, & deinceps benedit super vino. At Schola Hillelis inquit; benedit super vino, atque dein benedit super die.

Mishna II.

Schola Schammæ dicit; lavant manus, postea que infundunt poculum. Verum enim verò Schola Hillelis inquit; infundunt calicem, ac deinde lavant manus.

Mishna III.

Schola Schammæ inquit; abstergit (quis) manus suas mappâ, ac deponit eam super mensam. Schola vero Hillelis dicit; super pulvinare.

Mishna IV.

Schola Schammæ ait; everunt domum, & tum lavant manus. Sed Schola Hillelis inquit; lavant (prius) manus, atque postea everunt domum.

Mishna V.

Schola Schammæ ordinat ita; lumen, cibus, aromata, & separatio. Secta autem Hillelis recenset (in hunc modum;) lumen, aromata, cibus, atque separatio. Schola Schammæ dicit; qui creavit lumen ignis. Verum Schola Hillelis inquit; qui creat lumina ignis.

Mishna

II.

Mischna VI.

Non dicunt benedictionem, neque super lumine, neque super aromatibus cultorum stellarum planetarumque : nec super lumine, nec super aromatibus mortuorum : neque super lumine, neque super aromatibus, quae coram gentibus sunt : non benedicunt (etiam) super lumine, usque dum utantur luce ejus.

Mischna VII.

Si quis ederit, fueritque oblitus, ut non benedicat ; Schola Schammai inquit ; redeat ad locum suum, & benedicat. Sed Schola Hillelis dicit ; benedictionem dicat, in loco, in quo recordatus est. Usque quo benedicat ? usque dum concoxerit cibum, qui est in ventre ejus.

Mischna VIII.

Si adferatur ipsis vinum post cibum, nec sit ibi aliud præter istud poculum, tum Schola Schammai dicit ; benedicat super vino, & post benedicat super cibo. Sed Schola Hillelis inquit ; benedicat super cibo, & dein benedicat super vino. Respondent Amen post Istrælitam benedicentem ; non autem respondent Amen post Samaritanum benedicentem ; usque dum audiatur tota benedictio.

CAP. IX.

Mischna I.

Si quis viderit locum, in quo facta sunt miracula Istræli, dicat ; benedictus, qui fecit miracula Patribus nostris in loco hoc. (Item si quis viderit) locum, in quo eradicator est de nobis cultus idololatricus, dicat ; benedictus, qui exstirpavit cultum idololatricum è terra nostra.

Mischna II.

Super stellis cadentibus, terræ motibus, fulguribus, tonitruis, ventisque dicat ; benedictus is, cuius virtute ac potentia mundus plenus est. Super montibus, collibus, mariibus, fluminibus, atque desertis dicat ; benedictus, qui fecit opus creationis. R. Jehuda inquit ; si quis viderit mare magnum, dicat ; benedictus, qui fecit mare magnum : si quidem viderit illud per intervalla triginta dierum. Super pluvias & super nuntiis bonis dicat ; benedictus, qui bonus est, & qui benefacit. Tandem super nuntiis malis dicat : benedictus judex veritatis.

b 2

Mischna

Mishna III.

Domum novam si quis exstruxerit & nova emerit vasa, dicat: benedictus qui vivificavit nos, & conservavit nos, & pervenire fecit nos in hucusq; tempus. Benedicitur super malo, etiam si speciem boni habuerit, super bono, etiam si speciem mali habuerit. Si quis oraverit pro eo, quod jam præteriit; ecce precatio ejus nulla. Quomodo? si (e.g.) uxor ejus jam fuerit gravida, & ipse dixerit, placeat DEO, ut pariat uxor mea masculum; tum ecce oratio hæc nulla est. Item si aliquis iter facit, & audit vocem clamoris in civitate, ac dicit, placeat DEO, ut hi non sint domestici mei; Ecce precatio illa nulla est.

Mishna IV.

Si quis intrat urbem munimatum, oret bis, semel in ingressu suo, & semel in egressu suo. Ben Asai inquit; quater, bis in ingressu suo, & bis in exitu suo, & confessionis laudem dat pro præterito, & orat pro futuro.

Mishna V.

Tenetur quilibet, ut benedicat super malo, sicuti benedicit super bono, juxta illud dictum (Deut. 6, 5.) Et diliges Jehovam Deum tuum ex toto corde tuo, & ex toto animo tuo, & ex totis viribus tuis. Ex toto corde tuo, h. e. ex duobus figuris, ex figimento bono, & ex figimento malo. Et ex totâ animâ tuâ, h. e. etiam si abstulerit animam tuam. Et ex totis viribus tuis, i. e. ex omnibus bonis tuis. Expositio alia: In omnibus **מִנְחָה** viribus tuis, id est, in omni **מִנְחָה** mensura, quam ad mensus fuerit tibi, esto confitens ipsi quam maxime. Non levabit homo caput suum (i. e. non erit elatus) versus portam orientalem, quia hæc spectat versus sanctum sanctorum. Non ingrediatur in monte templi cum baculo suo, aut cum calceo suo, aut cum cingulo suo, aut cum pulvere pedum suorum. Neque faciet in eo compendium. Multò minus expuet. In omnibus elanulis benedictionum, quæ fuerunt in sanctuario, dicere soliti sunt (olim) à seculo. Postquam autem fidem corsuperant haeretici dixeruntque, non esse mundum, nisi unum, constituerunt, ut dicerent à seculo in seculum. Præterea constiuerunt, ut homo salutaret proximū suum per nomen divinum: quia dictum sit; & ecce Boas venit à Bethlehem, & dicit messoribus; Dominus vobiscum, & responderunt ipsi, benedicat tibi Dominus. Item dicit (Angelus) Dominus tecum, potens virtute. Ceterum dicitur etiam, ne contemnas, quando consenserit mater tua. Et tandem; tempus est operandi Domino, solverunt legem tuam.

Vbi R. Nathan appofuit, solverunt legem tuam, ideo tempus

est operandi Domino.

Absolutus est Tractatus Talmudicus de precibus

seu Benedictionibus.

מִנְחָה

משנויות
מכתב נורם

id est

TRACTATUS TALMUDICI DE VOTIS, VERSIO LATINA.

CAP. I.

Mischna I.

COgnomina, quæcunque etiam sunt, votorum, sicut ipsamet vota: (cognomina) devotorum, sicut ipsæ met devotiones: (cognomina) juramentorum, sicut jura menta ipsa; ac (cognomina) Nasirætūs, sicut (votum) Nasirætūs, habentur. (Item;) si quis dixerit ad proximum suum; prohibitus voto sum à te, (vel) separatus sum à te, (vel) longè semotus à te, ut tecum non comedam, tecumque non gustem (quicquam,) prohibitus est. (Si dixerit,) ego excommunicatus sum tibi: Rabbi Akiba subridebat ad hoc, ut aggravaret. (Si dixerit) secundum vota impiorum, tum vovit Nasirætum, sacrificium & juramentum. (Si dixerit) secundum vota piorum, tum nihil quicquam dixit. (Si dixerit) secundum munera spontanea eorum, tum vovit Nasirætum atque sacrificium.

Mischna II.

Si quis dixerit proximo suo קוגט קונה קונה; En hæc sunt cognomina τέρπνον sacrificii (vel muneris.) (Si dixerit) חורן חורן; En hæc sunt cognomina devotionis (seu execrationis.) Si dixerit פון פון; En hæc sunt cognomina Nasirætūs. (Si dixerit) צנומת צנומת; hæc sunt juramenti cognomina.

Mischna III.

Si quis dixerit; per res non profanas, non tecum come sturas sum: (Item;) per non rectum, nec purum, nec mundum, & immun dum,

dum, residuum aut abominationem, tum prohibitus est. (Si quis dixerit;) esto mihi sicut Agnus (jugis,) sicut conclave lignorum, sicut ligna, sicut ignita, sicut altare, sicut templum, sicut Hierosolyma: (item,) si voverit; esto mihi sicut unum ex omnibus (vasis) ministribus altari: etiam si sacrificii nullam fecerit mentionem, tamen votit per sacrificium. R. Jehuda inquit, si dixerit, sicut Hierosolyma, nihil quicquam dixit.

Mishna VI.

Quicunque dixerit, Korban, holocaustum, Mincha, peccatum, Eucharisticum, pacifica esto, quodcumque ego comedere tecum, obligatus est: licet R. Jehuda liberet (eum.) (Si dixerit;) ha-Korban, ke-Korban, Korban, quodcumque comedero tecum: obligatus est. (Sin;) Le-Korban, non comedam tecum, R. Meir (tantum) eum obligat. Si quis dixerit proximo suo Konem (q. d. munus) erit os meum, ubi locutum fuerit tecum; manus mea, ubi laboraverit tecum; pes meus, ubi ambulaverit tecum, obligatus est.

CAP. II.

Mishna I.

At licita, haec sunt. (Si quis dixerit, suntu mihi) profana, quæ comedero tecum: (Item;) sicut caro suilla, sicut cultus idololatricus, sicut pelles adhuc adjunctæ (לְנוּןָרִי dicuntur), sicut cadavera, sicut discerpta, sicut (בַּקְשׁוֹן) abominanda, sicut reptilia, sicut placenta Abaronis, & sicut ejus Thruma, liber est. Si quis dixerit ad uxorem suam; Ecce tu eris mihi sicut mater mea (quam ducere incestu-
sum,) tunc aperient ei ostium de loco alio (h. e. querunt rationem ad penitentiam eum moventem,) ne temerarius in votendo fiat. Si quis dixerit, esto mihi votum, quod nec dormiturus, nec locuturus, nec ambulaturus sim: (vel) si dixerit quis ad uxorem suam; esto mihi votum, quod non cohabitaturus sim tecum (ut maritus;) tum ille peccat contra r. Non profanabit verbum suum, (Num. XXX. vers. 3.) Sin quis dixerit, esto mihi juramentum, quod neque dormiturus, neque locuturus, neque ambulaturus sim, tunc obligatus est.

Mishna

Mischna II.

Si quis dixerit Korban (per munus,) non sum comesturus tecum,
(vel,) ha Korban (En per munus,) quod comesturus sum tecum,(vel)
le Korban in munus esto, (quod) non comesturus sum tecum ; liber
est. (Si quis verò dixerit;) esto mihi juramentum, quod non comestu-
rus sim tecum, (vel) esto juramentum, quod comesturus sim tecum,
(vel) esto in juramentum, quod non comesturus sim tecum, obliga-
tus est. Gravius hoc est in juramentis, quām in votis : Contra (aliud
quid) gravius est in votis, quām in juramentis. Quomodo? si quis
dixerit, Konem (Munus) esto mihi tabernaculum, quod fecero, Ra-
mus palmae (לְבָנָה) quem gestavero, Thephillin, quos induero; in vo-
tis obligatus est ; In juramentis verò liber esset, quia non jurant, ut
transgrediantur præcepta.

Mischna III.

Potest esse votum in voto; sed non juramentum in juramento.
Quomodo hoc? Si quis dixerit (bis;) En ego ero Nasiræus, si comedero;
En ego Nasiræus, si comedero: tum si comederit, reus factus
est propter utrumque (h. e. bis.) (Sin quis bis dixerit;) juramentum
esto, quod non comesturus sim, juramentum esto quod non sim co-
mesturus; tum si comedero, non reus factus est, nisi semel.

Mischna IV.

Simplicia vota aggravanda sunt: quod si tamen quis ipse ea ex-
ponat, mitiganda (accienda juxta expositionem ejus.) Quomodo?
(E.g.) Si quis dixerit; ecce super me esto sicut caro sale condita (h. e.
sacrificium : nam omnia sacrificia salienda erant,) sicut vinum libami-
nis, tum si Domino voverit, (vovisse exponat,) obligatus est: Sin idolo
voverit, absolutus est. Sed si simpliciter (voverit,) obligatus est. Sic
si dixerit; ecce super me devotum, si devotum Deo, obligatus est; sin
verò devotum sacerdotibus, absolutus est: quod si simpliciter, obliga-
tus est. Si quis dixerit; ecce est super me sicut decimæ: si secundum
decimas bestiæ voverit, obligatus est; sin autem (decimas) horrei, li-
ber est: si absolute, obligatus est. Si quis dixerit; En est super me sicut
Thruma: si secundum Thrumam conclavis voverit, obligatus est; sin
autem horrei, liber est: si simpliciter, obligatus est: ita R. Meir. R. Je-
huda dicit; si simpliciter vovetur Thruma in Iudea, tum prohibita est;
in

in Galilæâ verò ,licita ,Galilæis non agnoscētibus Thrumam con-
clavis: si simpliciter טרמְרָם id est, devota (voerit) in Judæa, tum lici-
ta sunt; sed in Galilæa prohibita : devota sacerdotum haud agnoscē-
tibus Galilæis.

Mischna V.

Si quis voerit devotum, ac (deinceps) dixerit, non vovi nisi de-
votum maris. (Si quis voerit) munus & (mox) dixerit, non novi, nisi
munera Regum. (Si quis dixerit;) ecce וְנִזְבַּח id est, os meum esto mu-
nus, & dixerit deinde, ego non novi, nisi de osse, quod sepulchri mihi,
ut voerem illud: (Item si quis dixerit) וְנִזְבַּח id est, esto mihi votum,
quod uxore mea non fruiturus sim, dixerit autem postea, ego non vo-
vi, nisi de uxore prima, quam expuli: tum de hisce omnibus non que-
runt (sapientes:) si verò quāsiverint, mulctant eos, aggravantque illis
rem: sic R. Meir. At sapientes dicunt; aperire debemus ostium illis à
loco, atque instruere, ut in votis levitati se non assuefiant.

CAP. III.

Mischna I.

Quatuor vota Sapientes absolvunt. (1.) Vota persuasoria (seu
instigatoria.) (2.) Vota hyperbolica. (3.) Vota errorum. (4.) Vota
necessitatem patientium. Vota persuasoria quomodo: si quis ven-
diderit aliquid, dixeritque, esto mihi votum, quod nihil diminuat
tibi de sela (duobus scilicet communibus;) & dixerit quoque alter, esto
& mihi votum, quod nihil super scilicet tibi addam. Uterque autem
convenit de tribus denariis. R. Elieser filius Jacobi ait; etiam is, qui
voto movere vult proximum suum, ut secum comedat, dicere potest;
omne votum, quod voturus sum, irritum esto; modò recordatus fue-
rit, tempore quo vovet.

Mischna II.

Quæ sunt vota hyperbolica? Si quis dixerit, וְנִזְבַּח id est, esto mi-
hi votum, si non video in via hac similes egredientibus ex Ægypto,
(aut) si non vidi serpentem tanquam trabem torcularis. Vota erro-
rum quæ? (si quis dixerit; esto mihi votum) si comedti aut bibi: inci-
derit autem interim in memoriam ejus, quod comedetis aut biberit.
(Si quis dixerit, esto mihi votum) si comedero aut bibero, interea verò
obl.

17.

oblitus fuerit (sc. voti) & comederit atque biberit. Si quis dixerit, esto mihi votum, quod uxor mea non fructura sit me, quia furtim surripuit marsupium meum, atque percussit filium meum; notum autem factum, quod nec surripuerit istud, nec sustulerit hunc. Si quis viderit aliquos comedentes ficos, dixeritque: ecce super vos sacrificium, & reperti sunt apud illos, Pater ejus, & frater ejus, aliisque cum iis; dicit quidem Schola Schammæ, hos liberos, sed illos, qui apud hos fuere, obligatos esse: Utrosque verò Schola Hillelis facit liberos.

Mishna III.

Vota necessitatem patientium quæ sunt: si quem voto obstrinxerit socius suus, ut comedat apud eum, & grotaverit autem ipse, aut ipsius filius & grotaverit, aut impediverit eum aqua. En hæc sunt vota necessitatem patientium.

Mishna IV.

Si qui voverint homicidis, raptoribus, publicanis, quod res hæc sit Thruma, et si non est Thruma: aut quod pertineat ad domum Regis, quanquam non pertinet ad domum Regis: Schola Schammæ dicit; (valet) in omnibus voventibus, excepto, quod cum juramento coniunctum: verum etiam in juramento (valere,) Schola Hillelis inquit. Schola Schammæ dicit; non offerat se ad votum: Sed ait Schola Hillelis, offerre etiam potest. Schola Schammæ dicit; in eo tantum, super quo votum ab eo petitur: verum Schola Hillelis ait; imò etiam in eo, super quo nullum votum ab eo petitur. Quomodo? si dixerint ei, dic; Munus esto mihi uxor mea, si utilitatem percepert ex me: ille verò dixerit; Munus sunto uxor mea, & filii mei, si utilitatem percepert ex me: tum Schola Schammæ dicit, uxor licita est, sed filii ejus sunt prohibiti; at Schola Hillelis utrosque dicit licitos.

Mishna V.

(Si quis dixerit;) Ecce plantationes istæ sunto mihi munus, si non fuerint excisæ: (item; si quis dixerit,) pallium hoc esto mihi munus, si non fuerit combustum: possunt redimi. Sin dixerit; En plantationes istæ sunto mihi munus, usque dum excindantur: (item;) pallium hoc esto mihi munus, donec comburatur: non possunt redimi.

C

Mishna

Mischna VI.

Si quis voto excluderit se à descenditibus in mare: tum libeti ipsi sunt sedentes in arida. (Si quis voto excluderit se) à sedentibus in arida: tunc prohibiti ipsi sunt descendentes in mare, quia descendentes in aquam continentur sub in arida sedentibus: nec tantum sicut illi, qui proficiscuntur ab Acco in Jappo, sed sicut is, qui in altum mare exire solet.

Mischna VII.

Si quis voto se excluderit à videntibus solem: tum illi etiam cæci sunt prohibiti: quia non alios intendebat, nisi illos, quos sol aspicit.

Mischna VIII.

Si quis voto excluderit se à nigris capite: tunc prohibiti ipsi sunt etiam calvi, & cani; licet autem ei sunt mulieres & pueri; siquidem nemo vocatur niger capite, nisi viri.

Mischna IX.

Si quis voverit (se abstinentrum) à natu: tunc liciti ipsi sunt nascendi. Si verò voverit (se abstinentrum) à nascendis: tum prohibiti ipsi sunt nati. R. Meir quidem etiam natos licitos statuit: Sed sapientes dicunt; non intendit alios, nisi eos, qui gigni solent (juxta naturæ ordinem.)

Mischna X.

Si quis voverit (se abstinentrum) à celebrantibus Sabbathum: tum prohibiti ipsi sunt Israëlitæ & Samaritani. Si quis voverit (se abstinentrum) à comedentibus allium: tum prohibiti ipsi sunt (iterum) Israëlitæ & Samaritani. Sed si quis voverit (se abstinentrum) ab ascendentibus Hierosolymam: tunc prohibiti ipsi sunt (tantum) Israëlitæ, sed Samaritani ipsi sunt liciti.

Mischna XI.

(Si quis dixerit;) esto mihi manus, quicquid commodi percepturus sum à filiis Noachi: tum liciti ipsi sunt Israëlitæ, sed prohibiti gentiles (idololatræ.) (Si quis dixerit; esto mihi manus,) quicquid commodi percepturus sum à semine Abrahami: tunc prohibiti ipsi sunt Israëlitæ, sed liciti gentiles (idololatræ.) (Si quis dixerit; manus esto) quicquid sum percepturus commodi ab Israëlitis: tum emat carius, vendat-

vendantque minori pretio. (Si quis dixerit, esto mihi munus,) quicquid Israelitæ commodi percepturi sunt à me; tum emat minori pretio, atque vendat cariori pretio; nam tum non consentient illi. (Si quis dixerit, esto munus,) quicquid percepturus sum ab illis commodi, aut illi à me: tum ille commodum percipere potest à gentilibus. (Si quis dixerit, esto mihi munus,) quicquid commodi percepturus sum à p̄putatis: tum liberi ipsi sunt p̄putati Istraelis, prohibiti autem circumcis Gentilium. (Si quis dixerit, esto mihi munus,) quicquid commodi percepturus sum à circumcis: tum prohibiti ipsi sunt p̄putati Istraelis, liciti verò circumcis Gentilium; quia p̄putium non legitur (in scriptura) nisi de gentibus; juxta scripture dictum: nam omnes gentes sunt p̄putatae, sed tota domus Istraelis p̄putata est corde. Item; Et erit Philistæus, p̄putatus hic. Item; ne exsultent filia Philistæorum, ne latentur filia p̄putatorum. R. Eliezer filius Asaria inquit; reprobum est p̄putium, propter quod deturpantur impii; dicente scripture: quia omnes gentes sunt p̄putatae. Rabbi Ischmael ait; insignis est circumcisio, propter quam pača sunt tredecim frēderā. R. Jose dicit; insignis est circumcisio, quæ pellit Sabbathum, cuius tamen obligatio est maxima. R. Jehoschea filius Korcha dicit; magna est circumcisio, super qua non indultum est Mōsi justo unius horæ spatiū. R. Nehemia dicit; magna est circumcisio, quæ depellit plagas. Rabba inquit; magna est circumcisio, quia propter nullum preceptum, quod fecit Abraham Pater noster, perfectus vocatus fuit, nisi postquam se circumcidet; prout in Scripturā habetur; (Genes. 17.) Ambula coram me, & esto perfectus. Rabba alter (ait;) magni omnino facienda est circumcisio; siquidem nisi illa fuisset, non creasset Dominus mundum suum; uti dicitur (Jerem. 33.25.) Sic dicit Jehovah; si non fōdus meum interdiu & noctu; statuta cœli & terræ non disponam.

CAP. IV.

Mishna I.

Nullum est discrimin' inter voto exclusum, à commodo, quod percipere quis possit ex socio suo, & inter voto exclusum ab eodem quoad cibum, nisi calcatio pedis, & vasa, in quibus nullum coquunt cibum animæ. Voto enim si quis exclusus quoad cibum à socio suo,

non mutuat ei vannum, aut cibrum, aut molas, aut furnum: mutuat tamen ei indusum, annulum, pallium & monilia: Quodvis etiam vas, in quo non coquunt cibum animæ. Si ibi loci, ubi pro mercede conductum similia, prohibitum est.

Mishna II.

Si quis voto exclusus fuerit, ut nullum commodum ex socio suo percipiat: tamen poterit pro eo dare sicutum, ac debitum ejus solvere, nec non restituere ei rem amissam ejus. Ubi loci pro eo mercedem consequuntur, cedet commodum fisco sacro.

Mishna III.

Idem (nihilominus) separat Thrumam ejus ac decimas ejus sponte suâ, & offert pro illo pullos masculorum fluxum patientium, pullos feminarum fluxum patientium, pullos parientium, sacrificia pro peccato, sacrificia pro reatu: informat etiam eum in expositione allegorica scriptura (in siphra & siphre contenta) lege orali, & sapientum dicit. Sed non docet eum scripturam, docet tamen filios ejus filiasque ejus scripturam. Sustentat etiam uxorem ejus, ut & filios ejus, licet ille obligatus sit ad alimenta eorum. Non autem pascit bestiam ejus, sive mundam, sive immundam sit. R. Elieser inquit; immundam pascit, sed non pascit mundam. Intertogarunt eum, quod nam est discriben inter immundam & mundam? Respondit illis; mundæ animam pertinere ad Deum, sed corpus, ad ipsum (scil. possessorem;) immundæ autem animam cum corpore Dei esse. Objecere ei; Atqui etiam immundæ anima Dei est, corpus verò ipsius (scil. possessoris;) quia si huic placet, eam vendere potest gentilibus, aut dare in cibum canibus.

Mishna IV.

Si quis voto exclusus fuerit, quod nullum commodum percepturus sit à proximo suo: tunc si introeat ad visitandum eum, stet; minime verò sedeat. Licet etiam ei sapare sanatione, qua prospicit vita ejus, non divitiis ejus. Lavabit item cum eo in labro magno, sed non in parvo; dormietque cum illo in (eodem) lecto. R. Jehuda dicit; in diebus aestivis, verum non in diebus hibernis (hoc fieri posse,) quandoquidem tum utilitatem habere ab illo possit. Accumbat cum eo super eodem lecto, comedetque cum illo super eadem mensâ: ast non

ex

21.

ex eâdem paropside. Comedere tamen cum illo potest ex eâdem paropside (post prægustationem) restituenda. Non comedere potest cum ipso ex paropside magnâ, quæ est coram operatoribus, neque operari cum illo in (eodem) angulo: ita R. Meir. Verum enimvero Sapientes dicunt; operetur sed procul ab illo.

Mishna V.

Si quis voto exclusus est, ut nihil utilitatis accipiat ex proximo suo ante annum septimum, non potest descendere in agrum ejus, nec comedere de plantis. Quin nec in anno ipso septimo descendere potest in agrum ejus; comedere tamen (licitum ipso est) de plantis inclinantibus. Si quis voto se exclusit ab illo quoad cibum, ante annum septimum: descendere (quidem) potest in agrum ejus; sed non comedere de fructibus. At in anno septimo tam descendere, quam comedere (ipso conceditur.)

Mishna VI.

Si quis voto exclusus est, ut nullum commodum percipiat è proximo suo: tunc non commodabit ei, nec commodatum accipiet ab eo: non mutuabit ei, nec mutuabit ab eo: nihil vendet ei, nihilque emet ab eo. Si quis dixerit ad aliquem; commoda mihi vaccam tuam; (& hic alter) dixerit ei, non est otiosa; (ille verò prior) dixerit, esto itaque mihi munus ager meus, si aravero eum illa in seculum; tum si (aliás) solitus (per se) fuerit arare eum (scil. agrum,) prohibitus est ille: quilibet verò alius liber. Sin non solitus fuerit (per se sed per alios) arare: tun comnes simul sunt prohibiti.

Mishna VII.

Si quis per votum exclusus est ab utilitate ex proximo suo percipiendâ, nec habet, quod comedat: abit hic (excludens seu vovens) ad Popinarium, dicitque; vir N. exclusus est à percipiendâ ex me utilitate, & ego nescio quid facere debeam. Tum verò iste (Popinarius) potest illi (excluso) dare, & redire, atque accipere (pretium) ab hoc (excludente.) Si domus ejus extruenda, si sepius sepienda, si ager demetendus, abit ad operatorios, dicitque; Vir N. est exclusus à percipiendâ ex me utilitate, nec scio, quid facere debeam. Tum hi poslunt operari apud istum (exclusum,) ac redire, atque accipere mercedem suam ab illo (excludente.)

C 3

Mishna

Mishna VIII.

Si iter fecerint, nec fuerit illi (excluso,) quod comedat, dat (excludens) alii (tertio aliquid) nomine doni: & tunc erit exclusus solitus (ut comedat.) Sin non fuerit cum illis alius (tertius,) ponit (excludens) super laxum, aut super maceriam, dicitque; Ecce haec publicata sunt omnibus, qui (sumere) voluerint. Et tunc accipere potest ille (exclusus,) & comedere. Sed R. Jose prohibet.

CAP. V.

Mishna I.

Si socii quidam excluderint se ab utilitate ex se invicem percipiendâ; tunc prohibiti sunt ab introitu atrii. R. Elieser filius Jacobi dicit; ingreditur uterque in id, cuius ipse possessor; attamen ambo prohibiti sunt à ponendo ibi molam & fornacem, aquae educando gallinas. Si unus illorum tantum voto exclusus fuerit ab utilitate ex altero percipiendâ, non introeat atrium. R. Elieser filius Jacobi inquit; potest illi dicere, in id, quod meum est, ingredior, nec ingredior in id, quod tuum est. Et cogunt voventem, ut suam vendat partem.

Mishna II.

Si alius (tertius nimirum aliquis) venerit è foro, exclusus interim voto ab utilitate ex istis percipienda, non ingrediatur atrium. R. Elieser filius Jacobi ait; potest eum alloqui (ita:) in id, quod socii tui est, ingredior; sed non ingredior in illud, quod ad te spectat.

Mishna III.

Si quis voto exclusus fuerit ab utilitate ex socio suo percipiendâ, habet autem balneum, aut locum torcularis, quæ elocata sunt in urbe: tum si fuerit ei in illis aliqua adhuc pars possessa, prohibitus est: Sin non fuerit ei in illis aliqua pars possessa, solitus est. Si quis dixerit ad socium suum; esto mihi votum super domo tuâ, quod non sim ingressurus, aut super agro tuo, quod non emturnus: tum, quando ille mortuus fuerit, vel vendiderit alii, solitus est. Si quis dixerit; esto mihi votum super domo hac, quod non ingressurus sim, aut super agro hoc, quod non emprurus sim: tum, licet mortuus fuerit, vel vendiderit alii, prohibitus est.

Mishna

Mischna IV.

(Si quis dixerit;) ecce ego sum super te devotum : tum is, super quo votum sit, exclusus est. (Si quis dixerit;) ecce tu es devotum super me : tum is, qui vovet, exclusus est. (Si quis dixerit;) ecce super te & super me devotum est: tum ambo sunt exclusi : Evidem ambo sunt soluti in re, quæ est libera ascendentibus è Babel : sed exclusi sunt in re, quæ est ipsius urbis.

Mischna V.

Porrò, quæ nam sunt istæ res liberæ ascendentibus è Babel? e. g. templum, atria, cisterna aquarum, quæ in media via. Quænam verò sunt res ipsius urbis? E. g. sunt platea, balneum, Synagoga, Theca (librorum), libri, sed tum (quilibet eorum) partem suam potest transcribere (dono) Principi : (atque tum uti poterit.) R. Jehuda dicit; Idem erit; sive transcribat Principi, sive transcribat Idiotæ. Quidnam enim discriminem inter transribentem Principi, ac inter transribentem Idiotæ? hoc nimurum, quod, si quis transcribit Principi, non necesse habet acquirere (per alium.) Sed sapientes dicunt; tam hic, quam istic opus esse acquisitione (per alium.) Nec mentionem fecerunt Principi, nisi tanquam cui plerunque fit transcriptio. R. Jehuda inquit; Galilæi non opus habent, ut transcribant, quoniam antehac patres eorum transcriperant pro illis.

Mischna VI.

Si quis per votum à commode ex proximo suo percipiendo exclusus fuerit, nec habuerit, quod comedat ; tum ille (proximus) dat aliquid (cibi) alicui alii nomine donationis, quomodo iste (exclusus) solutus erit, (si comedenter illud.) Historia de aliquo (filio) in Beth-horon: à quo Pater ejus exclusus erat per votum, ab utilitate percipiendâ. Tum ille desponsavit filium suum, dixitque proximo alicui suo; atrium & prandium data tibi sint dono; non tamen tibi uti liceat, nisi hac cum conditione, ut veniat pater meus, & comedat nobiscum in prandio. Dixit (proximus) isti filio concedenti epulas: si mea sunt atrium tuum & epula tua, ecce sanctificata (à me) sint Cælo (h.e. Deo.) Respondit illi (proximo filius;) num ego concessi (tibi,) quæ mea sunt, ut tu illa sanctifices? Reponuit hic illi; ergone dedisti mihi, quæ tua sunt, non nisi ut tu Paterque tuus comedatis & bibatis: atque

sic

24.

sic alter alterum refutavit: quomodo factum, ut manserit reatus suspensus in capite illius (filii.) Dixerunt namque sapientes; quæcumque donatio non ita se habet, ut quando (cui donatur) sanctificaverit illam, (revera) sit sanctificata, non est donatio.

C A P . VI.

Mischna I.

Si quis voverit (se abstenturum) à cocto; tum licitum ipsi est (comedere) assatum & elixum. Si quis dixerit; esto mihi munus coctile, quod gustatus sum; tum prohibitum ipsi est opus olla tenue (i. e. triticum coctum, faba fressa, & similia pulmenta ex farina;) sed licitum crassum, itemque licitum ovum forabile, atque adusta cucurbita.

Mischna II.

Si quis voverit, (se abstenturum) ab opere ollæ: tunc non est prohibitus nisi ab opere fervente. Si quis dixerit; esto mihi votum, quod nihil quicquam de eo, quod descendit in ollam, comedetus sim: tum prohibita ipsi sunt omnia, quæ in olla coquuntur.

Mischna III.

Si quis voverit (se abstenturum) טן הַכְבָּדָה (cum He demonstrativo) quasi dicas à τῷ condito; tunc non est prohibitum ipsi, nisi conditum oleris. Sin (dixerit, munus mihi esto) טן הַכְבָּדָה conditum (sine He demonstrativo,) si quod comedetus sum: prohibita ipsi sunt omnia condita. (Si quis excluderit se) פִּלְשָׁת מִן q. d. à τῷ in aqua cocto; tum non est quicquam prohibitum ipsi, nisi caro in aqua cocta: (Si vero dixerit, He demonstrativo omisso) פִּלְשָׁת, id est, in aqua coctum, (munus mihi;) si quod sum comedetus: tum prohibitum ipsi est, quicquid in aqua coctum. (Si quis se excluderit) מִלְאָה מִן q. d. à τῷ assato: tum non prohibitum ipsi quicquam, nisi assata caro: ita R. Iehuda. (Ait si dixerit) מִלְאָה, id est, assatum (non addito He demonstrativo,) quod comedetus sum (munus esto:) tum prohibitum ipsi est, quicquid assatum est. (Si quis votum exclusionis fecerit) מִלְאָה מִן q. d. à τῷ sale condito: tum non est prohibitum ipsi quicquam, nisi sale conditus piscis. Sin dixerit; מִלְאָה (neglecto He demonstrativo) id est, condi-

25.

conditum sale (esto mihi munus) si quod comedeturis sum: tum omnia
falsamenta ipsi sunt prohibita.

Mischna IV.

(Si quis dixerit, esto mihi munus) 47, בְּמִנְחָה, id est, piscis (&) pi-
ses, quos sum comedurus: tum obligatus est, sive sint (pisces) magni,
sive parvi: sive saliti, sive non saliti: sive crudi, sive cocti: licitus ta-
men habetur piscis Taris discissus & salsa. (Si quis se excluderit) à
falsamento (feu à piscibus salitis:) tum prohibitus ipsi est piscis Taris
discissus, permissa autem salsa & mutia. (Si quis excluderit se) à pisce
Taris disciso: tum prohibita ipsi sunt salsa & mutia.

Mischna V.

Si quis voverit (se abstenturum) à lacte: tunc licitum ipsi est se-
rum. R. Jose tamen prohibet. Si à fero: concessum est lac. Abba
Schaul dicit; si quis (abstenturum) voverit à caseo: tum ille prohibi-
tus est ipsi, sive sit salitus, sive non salitus.

Mischna VI.

Si quis voverit (se abstenturum) à carne: tum permititur ipsi
jus, decoctumque (tenue, quod est in fundo olla.) Prohibet tamen
R. Jehuda. Dixit enim R. Jehuda; factum (habeo pro me.) R. Tar-
phon siquidem prohibuit mihi ova, qua cocta fuerant cum illa. Sed
dixerunt ad eum; sit ita. Quando autem fieri debet istud? Nimirum
eo tempore, quo dixerit quis; caro haec (sit munus) super me. Nam
si quis voverit, se abstenturum ab hac re (certa,) fuerit autem illa cum
alia commixta: tunc, si in ea est sicut dans saporem, prohibitus est
(vovens.)

Mischna VII.

Si quis voverit (se abstenturum) à vino: tum permititur ipsi co-
stile, in quo est sapor vini. Si quis dixerit; esto mihi votum, quod de
vino hoc non sim gustatus: ceciderit verò interim (de illo) in cocti-
le: tum, si tantum sit, quantum dare potest saporem, prohibitus erit.
Si quis voverit (se abstenturum) ab uvis: tum permititur illi vinum.
Si voverit (se abstenturum) ab olivis: tum permititur ipsi oleum. Si
quis dixerit; esto mihi votum, quod de olivis uvisque istis non sim co-
medurus: tum prohibita ipsi sunt ista, atque alia ejusdem generis.

d

Mischna

Mishna VIII.

Si quis voverit (se abstenturum) à palmis: tunc ipsi licitum est mel palmarum. Si ab ovis hybernatis: tum ipsi licitum est acetum hybernatum uavarum. R. Jehuda filius Bathiræ inquit; si ab aliquo denominatur id, quod ex ipso generatur, vovetque quis ab illo abstenturum: tum prohibitum ipsi est etiam quicquid ex illo generatur. Verum enim verò Sapientes permittunt.

Mishna IX.

Si quis abstenturum voverit à vino: tum licitum ipsi est vinum expomis. Si ab oleo: licitum est oleum sesaminum. A melle: licitum est mel palmarum. Ab aceto: licitum est acetum hybernatum uavarum. A porro: licitum est porrum capitatum. Ab olere: licitam sunt olera agrestia, propterea quod est nomen sociatum.

Mishna X.

Si quis votum fecerit abstenturum à brassicâ: tum prohibitum ipsi est asparagius. Sin ab asparagio: tum ipsi licita est brassica. A fabis fractis: prohibitum ipsi est pulmentum crassum (ex farina.) Sed R. Jose permittit. Si à pulmento crasso: prohibitum ipsi est allium. Rufus R. Jose permittit. Si ab allio: licitum ipsi est pulmentum crassum. Si à lentibus: licita ipsi sunt rejectamenta earum. Denud R. Jose permittit. Si à rejectamentis: licita ipsi sunt lentes. Si à tritico (&c) triticis, quod nimis non sit comedens de illis: prohibita ipsi sunt ista, sive sit farina, sive panis. Si à faba fracta (&c) fabis fractis, quod non sit comedens de illis: tunc prohibita sunt ipsi istæ, sive sunt crudæ, sive coctæ. R. Jehuda ait; si quis dixerit, esto mihi votum, faba fracta, aut triticum, quod de illis non sim comedens: tunc licitum ipsa est masticare cruda.

CAP. VII.*Mishna I.*

Si quis votum fecerit, (quod sit abstenturus) ab olere: concessa tunc ipsi sunt cucurbitæ. Sed Rabbi Akiba prohibet. Dixerunt ei, (nim. R. Akibæ;) nonne verò; si quis dixerit ad nuntium suum, accipe mihi olus; alter dicere potest, nihil aliud præter cucurbitas inveni. Dixit illis; ita est (sed pro me;) aut num dicet illi, aliud nihil inveni quam

quam legumen? Nimurum cucurbitæ ex genere oleris sunt: non autem legumina sunt ex genere oleris. Eadem prohibita est faba Ægyptiaca succida; licita verò arida.

Mishna II.

Si quis voverit, (se abstenturum) à frumento: tunc prohibita ipsi est faba Ægyptiaca arida: sunt verba R. Meir. Verum sapientes dicunt; non esse prohibitum quicquam, præter quinque species (nimur, triticum, hordeum, spelæa, secale, avena.) Rabbi Meir ait: si quis voverit, (quod abstenturus sit) à proventu terra (**חַמְרָה יְבֵשָׁה**) tum non prohibetur, nisi à quinque (dictis) speciebus: sed si quis voverit, (quod sit abstenturus) à frumento: tum omnia ipsi prohibita sunt; & (tamen) liciti fructus arboris atque olus.

Mishna III.

Si quis voverit (abstenturum) à vestimento: tum permittitur ipsi foccus, cortina, & cilicium. Si quis dixerit; esto mihi munus lana ascendens super me: tum licitum ipsi est operire se velleribus lane. Sin; linum, ascendens super me: tunc licitum ipsi est operire se manipulis lini. R. Jehuda dicit; omnia (judicanda esse) juxta mentem (& circumstantias) voventis. (E. g.) Si portet (in humeris lanam aut linum,) sudetque (sub onere eorum) ac odor ejus gravis sit; ideoque dicat; funto mihi munus lana linaque, que ascendit super me: tum licitum ipsi est operire se (illis, seu induere;) prohibitum verò suspendere post se (scil. in dorso per humeros ad portandum.)

Mishna IV.

Si quis voverit, (quod non sit ingressurus) domum: tum conceditur ipsi (intrare) cœnaculum, dicit R. Meir. Sed sapientes dicunt; cœnaculum comprehendi sub domo. Si quis voverit (abstenturum) à cœnaculo: tum concessa ipsi est domus.

Mishna V.

Si quis voverit (abstenturum) à lecto majori: tum licitus ipsi est lectus parvus; verba R. Meir. Verum enim verò sapientes dicunt; lectum minorem comprehendendi sub lecto majori. Si quis voverit (abstenturum) à lecto minori: tum licitus ipsi est lectus major. Si quis voverit, (se non ingressurum) urbem; tunc licitum ipsi est ingredi terminos

minos Sabbathicos (ejusdem) urbis; prohibitum verò ipsi est ingredi in appendicem (est locus extra quidem urbem, intra tamen terminos Sabbathicos.) Contrà si quis voverit se haud ingressurum esse domum: tum ingredi intra locum clausum (antedictum, vestibulum) ipsi non conceditur.

Mishna VI.

(Si quis dixerit;) sunt munus fructus isti super me; (aut) sunt munus super os meum; (aut) sunt munus ori meo: tunc prohibitus est à permutatis cum illis, & à crescentibus ex illis. Sin; quicquid (de illis) comesturus aut gustatus sum: tunc licita ipsi sunt permutata cum illis, atque crescentia ex illis; (nimis) si fuerit res, cuius semen consumitur. Quod si fuerit res, cuius semen non consumitur: tum etiam nascentia ex natis ab illis sunt prohibita.

Mishna VII.

Si quis dixerit uxori suæ; esto munus super me opus manuum tuarum; (aut) esto munus super os meum; (aut) esto munus ori meo: tunc prohibita ipsi sunt permutata & nata ex illis. Sin; quicquid non comesturus aut gustatus sum: tunc licita ipsi sunt permutata & nata ex illis; si quidem res fuerit, cuius semen consumitur: at si fuerit res, cuius semen non consumitur, tum etiam nascentia ex natis ab illis sunt prohibita.

Mishna VIII.

(Si quis dixerit uxori suæ;) quicquid tu feceris, id non comesturus sum ante Pascha: (aut;) quicquid tu feceris, eo non operturus me sum, usque ad Pascha: tunc licet fecerit ante Pascha, licitum ipsi est, edere id atque operire se eo post Pascha. (Sin;) quicquid tu feceris ante Pascha, id non comesturus sum: (aut) quicquid tu ante Pascha feceris; eo non operturus me sum: tum si fecerit ante Pascha, prohibitum ipsi est comedere id, aut operire se eo post Pascha.

Mishna IX.

(Si quis dixerit; esto mihi munus omne illud) ex quo tu à me commodum percipere possis usque ad Pascha, si abieris in domum Patris tui usque ad festum tabernaculorum: tum si abierit ante Pascha, prohibita est à commodo, quod percipere posset ab eo, usque ad

ad Pascha. (Sin) post Pascha; (cum transgressa est præceptum illud, quod Num. XXX. vers. 3. legitur;) non profanabit verbum suum. (Si dixerit quis; esto mihi munus) id, ex quo tu commodum à me percipere posses, usque ad festum tabernaculorum; si abieris in domum Patris tui usque ad Pascha; tum si abierit ante Pascha, prohibita est ab isto commodo, quod percipere posset ab eo, usque ad festum tabernaculorum: libera autem est, (Si abierit) post Pascha.

CAP. VIII.

Mishna I.

(Si quis dixerit;) munus esto mihi vinum, quod gustatus sum die hoc: tunc non est prohibitus, nisi usque dum obortæ fuerint tenebræ. (Sin;) septimanâ hâc: tum prohibitus est per totam septimanam (dierum,) & Sabbathi quoque dies pertinet ad eam, quæ præteriit. (Sin;) mense hoc: tum prohibitus est per totum mensem; sed principium mensis pertinet ad sequentem (mensem.) (Sin;) anno hoc: tum prohibitus est per totum annum; sed initium anni pertinet ad sequentem (annum.) (Sin;) septimanâ hâc (annorum;) tunc prohibitus est per totam septimanam (annorum;) & annus septimus (intermissionis) pertinet ad septimanam, quæ præteriit. Sed si dixerit quis (simpliciter) die uno, Sabbatho (seu septimanâ unâ,) mense uno, anno uno, septimana (annorum) unâ: tum prohibitus est à die in diem (eundem redeuntem.)

Mishna II.

(Si quis dixerit; esto mihi munus vinum) usque ad Pascha: tunc obligatus est, usque dum advenerit. (Si quis dixerit,) donec (Pascha) fuerit: tunc obligatus est, usque dum exierit. (Si quis dixerit) usque ante Pascha: R. Meir dicit; obligatus est, donec advenerit. R. Jose ait; prohibitus est, usque dum exierit.

Mishna III.

(Si quis dixerit;) usque ad messem; (aut) usque ad vindemiam; (aut) usque ad destructionem olivarum: tum non est obligatus, nisi, donec advenerit. Hæc esto regula: cuicunque est tempus determinatum; tum si quis dixerit, usque dum advenerit, obligatus est, donec advenerit: (Si dixerit;) donec erit: tunc obligatus est, donec exierit.

d 3

Cui.

Cuicunque verò tempus non est determinatum: sive quis dixerit, usque dum erit; sive dixerit, usque dum advenerit: non est obligatus, nisi usque dum advenerit.

Mischna IV.

(Si quis dixerit;) usque ad astatem, (aut) donec erit astatas: (prohibitus est,) donec inceperit populus colligere in corbes. (Si dixerit;) donec præterierit astatas: (prohibitus est,) donec complicatæ fuerint mattæ, (super quibus arefaciunt.) Sin; donec erit messis: (prohibitus erit,) donec inceperit populus metere messem triticorum: non autem messem hordei. Omnia tamen juxta naturam loci voventur; ut si quis in mente voverit, judicetur juxta naturam mentis; sin in plenitie, juxta naturam planitiei.

Mischna V.

(Si quis dixerit;) usque ad pluvias; (aut) donec erunt pluviae: (cum prohibitus est) donec descenderit pluvia secunda. Rabban Schimeon ben Gamaliel quidem dicit; donec advenerit tempus pluviarum. (Sin dixerit;) donec cessaverint pluviae: (tunc prohibitus est) donec totus mensis Nisan (qui est Martius) ad finem pervenerit: sunt verba R. Meir. R. Jehuda verò inquit; donec transferit Pascha. (Si quis dixerit;) esto mihi votum, quod de vino non sum gustaturus hoc anno: tum si intercalabitur annus, prohibitus est per illum, & per tempus intercalationis. (Sin dixerit;) usque ad initium mensis Adar, (qui respondet Februario: prohibitus erit tantum) usque ad initium Februarii primi. (Sin;) usque ad finem Februarii: (prohibitus erit) usque ad finem Februarii primi. R. Jehuda ait; si quis dixerit, esto mihi munus vinum, quod sum gustaturus, donec erit Pascha: tum ultra non est prohibitus, nisi usque ad noctem Paschatis; quia aliud non intendit, nisi usque ad horam, quā homines solent bibere vinum.

Mischna VI.

Si quis dixerit, esto mihi munus caro, quam sum comedens, usque dum erit jejunium: tum (ultra) non est prohibitus, nisi usque ad noctem diei jejunii: quia aliud non intendit, nisi usque ad horam, in quā homines carnem comedere solent. R. Jose filius ejus dicit; si quis voverit, quod non sit comedens de allio, donec erit Sabbathum: tunc non est prohibitus nisi usque ad noctem Sabbathi: siquidem aliud

31.

aliud non intendit, nisi usque ad horam, in qua allium comedere ho-
minibus moris est.

Mischna VII.

Si quis dixerit proximo suo; munus esto illud, ex quo commodum
a me percipere possis, nisi tu veneris, & acceperis filii tuis corum
unum tritici, duosque cados vini: tum hic potest votum illius solvere,
ne quidem interrogato ore sapientis. Dicere namque illi potest; Non-
ne dixisti istud in mei honorem? Atqui hoc est honor meus (si nihil a
te accipiam.) Item si quis dixerit proximo suo; Munus esto mihi istud,
ex quo ego commodum a te percipere possim, nisi prius veneris dede-
risque mihi corum unum tritici, ac duos cados vini: tum R. Meir qui-
dem pronuntiat prohibitum, donec dederit; sed Sapientes dicunt;
etiam hic solvere potest, ne quidem interrogato ore sapientis: dicere
enim illi potest; ecce ego tibi imputo, ac si accepisset. Si quem ur-
serint, ut ducat filiam sororis suæ, & ille dixerit, esto mihi munus,
quicquid ego commodi ex illo percepturus sum in æternum: simili-
ter, si quis expulerit uxorem suam, dicens; esto mihi munus, quicquid
ex uxore mea commodi ego sum percepturus in æternum: tum utri-
que licitum est commodum percipere ab illâ, quia aliud non intendit,
nisi conjugum. Si quis urserit proximum suum, ut secum comedat;
dixerit (verò ille;) Munus esto mihi domus tua, si fueris ingressura.
(Aut si dixerit; esto mihi munus) gutta frigida, quam tecum sum gu-
staturus: tunc licitum ipsi est ingredi domum ejus, cumque illo de fri-
gidâ (aquâ) bibere, quia aliud non intendit, nisi cibum atque potum.

CAP. IX.

Mischna I.

Rabbi Elieser dicicit; januam (ad pœnitentiam) aperiunt homi-
ni, (ratione sumtâ) ab honore patris & matris ejus; sed Sapientes pro-
hibent. Dixit R. Zadok; antequam aperiant illi ab honore Patris &
matris, aperiunt illi ab honore Loci (id est, Dei.) At si sic; non erunt
vota (ulla amplius, propter quæ regentur Sapientes.) Interim con-
fessi sunt Sapientes R. Elieseri, quod in re, quæ versatur inter ipsum &
inter Patrem ejus, matremque ejus, aperiant illi (ratione) ab honore
Patris ejus & matris ejus.

Mischna

Mishna II.

Ulterius R. Elieser dicit; (januam pœnitentia) aperiunt illi (ratione sumta) ab emergente postea. Rursus verò sapientes prohibent. Quomodo? (E. g.) si quis dixerit, esto mihi munus, quicquid commodi percepturus sum ab viro hoc N. factus autem hic fuerit scriba, aut elocaverit filium ejus in propinquuo: Unde dicat (alter,) si scivissem, quod futurus fuisset scriba, aut elocaturus filium suum in propinquuo, non vovissem. (Item si quis dixerit;) Munus esto mihi domus hæc, si ingressus fuerit eam, accidat autem, ut fiat Synagoga: unde dicat; si scivissem, quod futura fuisset Synagoga, non vovissem. Hic R. Elieser absolvit: At sapientes obligant.

Mishna III.

R. Meir inquit, esse quasdam res, quæ speciem habeant, ac si futura emergentia essent, & non futura emergentia: Sapientes verò non consententur. Quomodo? (E. g.) si quis dixerit; esto mihi munus, si hanc N. duxero, quis pater ejus impius est: sed dicunt ei, mortuus est, aut, convertit se (scil. ab impietate.) (Item si quis dixerit;) esto mihi munus, si domum hanc introivero, quia malus in ea est canis, aut serpens in ea: dicunt autem ei; mortuus est canis, aut, occisus serpens. Hæc sunt (inquit ille,) quæ speciem habent emergentium futurorum & tamen non sunt futura emergentia. Sed sapientes non consententur.

Mishna IV.

Et porrò dicit R. Meir; januam pœnitentia ei aperiunt ex Scripturâ, quæ habetur in lege, & dicunt ei; si scivisses, quod transgredieris τὸ non insuras, τὸ non custodias, atque τὸ non odio habeas fratem tuum in corde tuo, sed diligas proximum tuum sicut teipsum, ut frater tuus tecum vivere possit, (num vovissem?) fortasse enim pauper fiet, & tu alere eum non poteris. Si dixerit; si scivissem, quod res ita se haberet, minimè vovissem: tum liber est.

Mishna V.

(Januam pœnitentia) aperiunt homini (ratione) à dote uxoris illius. Ubi historia legitur de aliquo, qui voverat, quod nullum commodum ab uxore sua esset accepturus. Erat verò matrimonialis (dos) ejus quadringentorum denariorum. Veniebat ille ad R. Akibam, qui

qui obligavit eum, ut daret illi dotem. Tunc respondebat ille; Mi Rabbi, octingentos denarios reliquit Pater meus, & accepit frater meus quadringentos, & ego quadringentos: nonne sufficit ergo, ut accipiat illa ducentos, & ego ducentos? sed dicebat ei Rabbi Akiba; etiam si vendendus sit tibi crinis capitis tui, tamen dabis ei dotem. Tunc ille si dicebat ei; si scivissem, quod ita esset, nunquam vovissem. Tum itaque R. Akiba solvebat illud (votum ejus.)

Mishna VI.

Aperiunt (januam pœnitentiaæ) à diebus festis, ac Sabbathis. Olim dicebant; dies istos solos reddi licitos, sed reliquos omnes dies manere prohibitos: donec venit R. Akiba, qui docuit, quod votum, quod ex parte sua solutum est, ex toto sit solutum,

Mishna VII.

Quomodo? si quis dixerit; esto mihi munus, quicquid commodi percepturus sum ab ullo ex vobis: tum si licitus factus est unus ex istis, liciti sunt omnes. (Si quis dixerit; esto mihi munus) quicquid vel ab hoc, vel ab isto, commodi sum percepturus: tum si primus licitus factus fuerit, erunt omnes: si licitus factus posterior, posterior quidem ipsi licitus, sed cæteri omnes sunt prohibiti. Si licitus factus fuerit medius: qui sequuntur illum, soluti erunt, sed qui præcedunt eum, prohibiti manent. (Si quis dixerit; esto mihi munus,) quicquid commodi percepturus sum vel ab hoc munere, vel ab isto munere: tum ob unum quodque, janua pœnitentiaæ aperienda est.

Mishna VIII.

(Si quis dixerit;) munus mihi esto vinum, quod sum gustaturus, quia visceribus meis noxium est; dixerint verò ei; nonne vetus (vinū) prodest visceribus? Tum licitum ipsi erit vinum vetus; imò non tantum vinum vetus ipsi licitum, sed & quodvis vinum. (Si quis dixerit;) esto mihi munus cepa, quam sum comesturus, noxia cum sit cordi; dixerint autem ei, nonne pagina conducit cordi? tum solitus erit quoad paganam: nec tantummodò quoad paganam solitus erit, sed quoad omnes etiam cepas. Refertur de R. Meir, quod talem (voto constrictum) liberum pronuntiaverit quoad omnes cepas.

Mishna IX.

(Januam pœnitentia) perirent illi ab ipsiusmet honore, honoreque filiorum ejus dicuntque; si scivis, quod crastino die dicturi sint de te, sic *ms.* N. est in more: expellit uxores; & de filiabus tuis dicturi sint; filie expulsæ sunt: quid vidit in matre istarum, quod expulsa est? si tunc dixerit; si scivissem, quod ita esset, nunquam vovissem: tum solatus erit.

Mishna X.

(Si quis dixerit;) esto mihi votum, quod non in uxorem ducam *ms.* N. deformem; sed ecce est pulchra; nigram, at ecce est alba; brevem, at ecce est longa: licita erit illi, non propterea quod fuerit deformis, sed facta sit pulchra; (aut) nigra, sed facta sit alba; brevis, sed facta sit longa: verum quia votum erroris est. Et est historia de uno, qui voto exclusus erat à filia sororis sua pulcherrima; tunc introduxerunt eum in domum R. Ischmaëlis, & ornarunt eam. Tunc dixit ei R. Ischmaël; fili mi, num voto exclusisti te ab hac? cumq; responderet ipse, non: absolvit eum R. Ischmaël in ista hora. Solitus est Rabbi Ischmaël flere ac dicere; filiae Israëlis pulchra sunt, sed paupertas deformat eas. Quum ergo mortuus est R. Ischmaël, fecerunt luctum filiae Israëlis; & dixerunt: filiae Israëlis, super R. Ischmaëlem flete; nimur, ut dicit (*scriptura*) de Saule; filiae Israëlis flete super Saulem.

C A P . X.*Mishna I.*

Puellæ desponsatae votum Pater ejus, & Maritus ejus irritum redere possunt. Si irritum reddiderit Pater; Maritus autem non irritum reddiderit; (aut) si irritum reddiderit Maritus, non autem (*simul*) Pater: tunc (votum) nondum irritum redditum est; nec tamen opus est dicere, quod unus ex illis stabiliverit.

Mishna II.

Si mortuus fuerit Pater: tum non transmissa erit Marito potestas; si vero mortuus fuerit Maritus: tum transmittitur Patri potestas. In hoc maiorem potestatem habet Pater quam Maritus. Sed in re aliâ maiorem habet potestatem Maritus quam Pater: quia Maritus

35.

tus in pubere retractare potest (votum.) quod Pater in pubere non retractare potest.

Mischna III.

Eius, quæ votet, dum desponsata est: repudianta autem est eodem die, desponsataque simul rursus eodem die, etiamque centies, Pater atque maritus posterior irritum facere possunt votum. Hæc esto Regula cuiuslibet, quæ non facta est sua potestatis (& juris) vel horâ unâ, Pater atque maritus posterior votum irritum facere possunt.

Mischna IV.

Mos est discipulorum sapientum, ut, antequam sit filia alicujus egressa ab eo, dicat ei; omnia vota, quæ votisti in domo mea, ecce sunt irrita. Eodem modo se habet cum marito, ut, antequam veneris in potestatam ejus: dicere possit; omnia vota, quæ votisti, antequam venires in potestatem meam, ecce sunt irrita. Nam ex eo tempore, quo venerit in potestatum ejus, votum non potest irritum reddere.

Mischna V.

De pube, quæ commoratur duodecim menses, item de viduâ, quæ commoratur triginta dies, dicit R. Elieser; postquam maritus ejus obligatus est ad nutritionem ejus, solvere etiam (votum) potest. At sapientes dicunt; maritus non solvere potest, usq; dum venerit in potestatem ejus.

Mischna VI.

De exspectante levirum, sive levirum unum, sive duos leviros; dicit R. Elieler; solvere potest (sive unus, sive duo sint.) R. Jehoschea inquit; (solvere potest) si tantum unus, sed non, si duo, R. Akiba ait; nec si tantum unus, nec si duo. Dixit R. Elieser; quid? si quis mulieris, quam acquisivit ipse sibi, solvere potest vota; mulieris, quam acquisivere illi ē cœlis (id est, à DEO,) nonne magis & quum est, ut solvere possit vota ejus? Dixit R. Akiba; non, si dixeris (istud rectè) de muliere, quam acquisivit sibi metipsi, in qua alii nullam habent potestatem, dixeris (etiam rectè) de muliere, quam acquisivere illi ē Cœlis (id est, à DEO,) in quâ tamen alii habent potestatem. Dixit ei R. Jehoschea; O Akiba, verba tua de duobus leviris (valent;) quid tu

verò respondest de uno leviro? Dixit ei; fratria non tota est leviri; quemadmodum desponsata tota est viri sui.

Mishna VII.

Si quis dixerit uxori sua; omnia vota, quæ vovebis, abhinc donec venero è loco N. ecce sunt firma: nihil quicquam dixit (aut vallet.) Sin; ecce sunt irrita: tum R. Eliezer dicit; sunt irrita. Sed sapientes dicunt; non sunt irrita. Dixit R. Eliezer; si irrita facere potest vota, quæ jam sunt sub numero obligantium; nonne magis vota, quæ nondum sunt sub numero obligantium, irrita facere potest? Dixerunt ei; En ille (Deus) dicit; vir ejus firmum illud facere potest, & vir ejus irrum illud reddere potest: nimis quicquid venit sub numerum confitmandorum; id etiam sub numerum solvendarum venit. Contrà quicquid non venit sub numerum confirmandorum; non venit etiam sub numerum solvendarum.

Mishna VIII.

Solutio votorum valet per totum diem. Quod nos facit modò mitiores esse, modò rigorosiores. Quomodo? (e. g.) si voverit in nocte Sabbathi; tum solvere potest in nocte Sabbathi, & in die Sabbathi, usque dum ortæ fuerint tenebrae. Sin voverit sub tenebras (apropinquantes:) tum solvere (tantum) potest, usque dum (plenè) oborta fuerint tenebrae: quæ si plenè fuerint oborta, nec solverit, tum (penitus) solvere non potest.

CAP. XI.

Mishna I.

Hæc sunt vota, que ille irrita reddere potest: si quid sit de rebus, in quibus est afflictio animæ. (E. g. si quæ dixerit;) si lavero me, aut, si non lavero. Item; si ornavero me, aut, si non ornavero me. Licet hæc vota afflictionis animæ esse neget R. Jose.

Mishna II.

Vota afflictionis animæ etiam hæc sunt. Si quæ dixerit; sunt mihi munus fructus (totius) mundi: ecce ille irrum reddere potest. Sin quæ dixerit; sunt mihi munus fructus hujus regionis; adducet ei fructus ex alia regione. (Si quæ dixerit;) sunt mihi munus fructus Tabernarii hujus: tunc ille votum ejus irrum reddere nequit. Quod fita-

Si tamen aliunde alimoniam non habeat, nisi ab isto; tunc irritum reddere potest votum ejus. Verba sunt R. Jose (non recepta.)

Mishna III.

Si qua voverit, quod nullum commodum perceptura sit ex hominibus, tum irritum illud reddere nequit: potest autem commodum percipere ex spicilegio, manipulo oblivione reliquo, atque ex (agri) angulo. (Si qua dixerit,) esto mihi votum, quod nullum commodum percepturi sint a me Sacerdotes, Levitæ: tum sument ab illâ invitâ. (Sin dixerit; esto mihi votum) quod nullum commodum percepturi sint a me hi Sacerdotes, & hi Levitæ: tum alii accipient (dona scil. sacerdotibus & Levitis debita.)

Mishna IV.

(Si qua maritata dixerit,) Munus erit, quicquid preparavero ori patris mei, & ori patris tui, & ori fratri mei, & ori fratri tui: tum ille (maritus) non poterit irritum reddere. (Si qua dixerit;) munus erit, quicquid preparavero ori tuo: tunc non opus est, ut solvat. R. Akiba inquit; irritum reddat: fortassis enim plus laborabit, quam ipsi obligata est. R. Juchanan ben Nuri ait; irritum reddat, quia fortassis expellet eam, & erit ipsi prohibita.

Mishna V.

Si voverit alicujus (mariti) uxor; at ille persuasus fuerit, quod voverit filia sua: (vel) si voverit filia ejus, & ille persuasus fuerit, quod voverit uxor sua: Item, si voverit Nasiræatum, & ille persuasus fuerit, quod voverit munus: (vel) si voverit munus, & ille persuasus fuerit, quod voverit Nasiræatum: Item, si voverit (abstenturum) a ficubus, & ille persuasus fuerit, quod voverit ab uvis: (vel) si voverit ab uvis, & ille persuasus fuerit, quod voverit a ficubus: tum hic deinde potest solvere.

Mishna VI.

Si qua dixerit; sunto mihi munus ficus, uvaeque istæ, si comeditur sum de illis: tum si confirmaverit quoad ficus, totum (votum) confirmavit. Sin irritum fecerit, quoad ficus; non irritum factum est (totum votum,) donec irritum fecerit etiam quoad uyas. Si qua dixerit,

rit, suntu mili mūnus fucus, si comedura sum de illis, & uxæ, si comedura sum de illis: En hæc sunt duo vota.

Mishna VII.

Si quis dixerit; scio; quod sint vota, esse autem, qui irrita ista facere possint, nescio: tum solvere potest; (postquam cognoverit, solvi posse.) (Si quis dixerit;) scio, quod sint, qui irrita facere possint, nescio autem, quod hoc sit votum: tum Rabbi Meir dicit; solvere non potest: sed sapientes dicunt; solvere potest.

Mishna VIII.

Si quis voto excluderit à percipienda utilitate ex se generum suum; dare autem vult filiæ suæ pecunias: dicet ei; En hæc pecunia dono tibi data sit, modò vero nihil iuris sit in eam marito tuo; excepto eo, quod tu acceperis, & in os tuum dederis.

Mishna IX.

Porrò vidua aut expulsa votum per se firmum est. Quomodo: si qua dixerit; Ecce ego Nasiræa ero post triginta dies, etiamsi ducta fuerit intra triginta dies; tamen non potest (maritus novus) votum ejus solvere. Si adhuc sub jure mariti fuit (quando vovit;) tum solvere potest. Quomodo: si dixerit illa; ecce super me Nasiræatus post triginta dies: tum etiamsi facta fuerit vidua, aut expulsa fuerit intra triginta dies; solvi potest. Si voverit eodem in die: sed eodem die expulsa fuerit; eodemque die redixerit eam (maritus,) non potest solvere. Nam hæc esto regula; Quæcumque facta fuerit potestatis lux vel horæ una; (ejus vota) non potest solvere.

Mishna X.

Novem puellarum vota firma sunt (1.) quæ pubis facta est, sed pupilla est. (2.) Impubis, sed quæ deinde pubis facta est, atque pupilla est. (3.) Impubis, quæ non pubis facta est, sed est pupilla. (4.) Quæ pubis facta est, sed cuius pater postea mortuus est. (5.) Impubis, quæ deinceps pubis facta est, atque pater ejus mortuus est. (6.) Impubis, quæ non pubis facta est, sed cuius pater postea mortuus est. (7.) Impubis, cuius pater mortuus est, & ex quo mortuus est, facta est pubis. (8.) Pubis, & cuius pater adhuc vivit. (9.) Impubis, quæ postea pubis facta, & cuius Pater adhuc vivit. R. Jehuda dicit; etiam si quis elo-

39.

elocavit filiam suam minorense, & vidua facta est, aut expulsa est,
tursusque reddit ad eum, dum adhuc pubis est.

Mishna XI.

(Si qua dixerit) res sacra erit, quicquid ego prodeesse potero
patri meo, aut patri tuo; (Item;) si ego fecero quicquam pto ore tuo;
(aut) si ego commodum ex te percepero; (aut) si ego quicquam para-
vero pro ore patris mei aut patris tui: tum poterit ille (maritus) irri-
tum reddere.

Mishna XII.

Olim dixerunt: Tres exēne mulieres, & auferunt dotem. (Sci-
licet) si dixerit aliqua; immunda sum à te: Deus inter me & te: (aut)
prohibita sum à Judæis. Sed posteā dixerunt; (non auferunt do-
tem,) ne mulier vertat oculos suos in alium, pverseque agat con-
tra maritum. (Itaque) si dixerit aliqua; Immunda sum à te: tunc
adferat demonstrationem pro verbis suis. Si dixerit; Deus inter me
& inter te, precibus cum eo agat (ut dimittat.) Si dixerit; prohibita
sum à Judæis: tum solvere potest quoad partem suam, ut
ipſi ministret, sed erit tamen prohibita Judæis
aliis.

*Absolutus est Tractatus Talmudicus
de Votis.*

¶

משניות

פסכת נור

id est

TRACTATUS TALMUDICI
DE NASIRAEIS,
VERSIO LATINA.

CAP. I.

Mischna I.

Omnia Epitheta Nasiræatûs, idem sunt ac (nomen) Nasiræatûs. (Itaq; si quis dixerit; Ero : ecce erit hic Nasiræus. Aut ; Ero pulcher : (erit) Nasiræus. (Aut ; נִזְקָנִים (sunt Epitheta Rabbinorum;) ecce hic Nasiræus est. (Item;) ecce ego ero, sicut Hic (qui scil. Nasiræus est;) (Item;) ecce ego concinnabo; ecce ego alam (scil. comam & barbam;) ecce ego promissurus sum comam : ecce hic est Nasiræus. (At si dixerit;) Ecce super me aviculae (pro Nasiræatu oblatæ Num. 6.) R. Meit dicit; Nasiræus est: sed (melius) Sapientes dicunt; non est Nasiræus.

Mischna II.

(Si quis dixerit;) ecce ego sum Nasir (scil. abstinenſ) à (exteriore cute uarum,) & à יין (vinaceis,) & à tonsurâ, & ab immunditie: tum ecce hic est Nasiræus, & omnia minuta Nasiræatûs sunt super eo. (Aut si dixerit;) ecce ego sum sicut Schimschon; sicut filius Manoach; sicut Dominus (maritus) Delilah; sicut ille, qui evulſit portas Gassæ; sicut ille, cui Philisthei effodere oculos: ecce tum hic est Nasiræus Schimschonæus. Quid interest inter Nasiræum perpetuum, & Nasiræum S. himschonæum? Nasiræus perpetuus, si aggravata est coma ejus, leviorem reddit novacula, adfert; tres bestiolæ: & si polluitur, adfert Korban immunditie. Nasiræus Schimschonæus, etiam si coma aggravetur, non tamen leviorem reddit; nec, si polluitur, adfert Korban.

Mischna

Mischna III.

Absolutè (si quis voverit) Nasiræatum, est XXX. dierum. Si dixerit; ecce ego sum Nasiræus, uno (Nasiræatu) magno; (aut.) ecce ego sum Nasiræus uno parvo: etiam si abhinc, & ad finem mundi: (temper) est Nasiræus XXX. dierum. (Si dixerit;) ecce ego sum Nasiræus, & diem unum (insuper;) (aut.) ecce ego sum Nasiræus, & unam horam; (aut.) ecce ego sum Nasiræus, uno (Nasiræatu,) & dimidio: ecce hic est Nasiræus duorum (Nasiræatum, aut bis Nasiræus, id est, LX. dierum.) (Aut.) ecce ego sum Nasiræus XXX. dierum, atq; unius horæ; Nasiræus XXX. dierum, & unius dies: (Similiter est Nasiræus duorum Nasiræatum:) quia nullum Nasiræatum horariorum vovent.

Mischna IV.

(Si quis dixerit;) ecce ego sum Nasiræus, sicut est capillus capitis mei, aut sicut pulvis terræ, aut sicut arena maris: tunc ecce hic est Nasiræus perpetuus, & tondetur semel intra XXX. dies. Licit Rabbi dicat, non tondetur semel intra XXX. dies. Quisnam verò est is, qui tondetur semel intra XXX. dies? Qui dicit; Ecce super me Nasiræatus, sicut capilli capitii mei, & sicut pulvis terræ, sicutque arena maris.

Mischna V.

(Si dixerit;) Ecce ego sum Nasiræus plenitudine domus, aut plenitudine dolii: scruntur ex eo, num voluerit dicere, Nasiræatum unum magnum voveo; & tum erit Nasiræus XXX. dierum. Si verò absolutè voluit dicere, Nasiræatum voveo: tum æstimant dolium, quasi esset plenum sinapi: & tum erit Nasiræus omnibus diebus suis.

Mischna VI.

(Si quis dixerit;) Ecce ego sum Nasiræus abhinc usq; ad locum N. mensurant, quot sint dies usq; ad locum N? Si pauciores fuerint, quam triginta dies: Nasiræus erit triginta dierum. Sive rò non; Nasiræus erit secundum numerum dierum istorum.

Mischna VII.

(Si quis dixerit;) Ecce ego Nasiræus sum secundum numerum dierum solis: tum numerat Nasiræatum secundum numerum dierum solis: licet R. Jehuda dicat; fertur de aliquo, qui, postquam expleverat, mortuus est.

C A P . II.

Mishna I.

(Si quis dixerit;) ecce ego sum Nasiræus à caricis, & à malla fi-
cuum: Schola Schammai dicit; Nasiræus est. At Schola Hillelis di-
cit; non est Nasiræus. Dixit Rabbi Jehuda; et si istud dixerit Schola
Schammai: non dixit tamen nisi de eo, qui dicere voluit; ecce hæc
erunt super me, tanquam Korban.

Mishna II.

Si quis dixerit; Dicit vacca hæc; ecce ego ero Nasiræa, si surre-
xero: (aut,) dixit janua hæc; ecce ego ero Nasiræa, si aperta fuero:
tum juxta Scholam Schammai erit Nasiræus; sed non erit Nasiræus
secundum Scholam Hillelis. Dixit R. Jehuda; etiam secundum id,
quod dixit Schola Schammai, non dixit nisi de eo, qui voluit dicere;
vacca hæc erit super me Korban, si surrexerit.

Mishna III.

Si cui misceretur poculum, & ille dicit; Nasiræus (seu separatus)
Tum ab eo: ecce ille est Nasiræus. Historia habetur de muliere, quæ
fuit ebria, cui cum misceretur poculum, dixit; Ecce ego sum Nasiræa
ab eo. Dixerunt sapientes; nihil aliud intendit dicere, quam hoc:
ecce illud erit super me Korban.

Mishna IV.

(Si quis dixerit;) ecce ego ero Nasiræus, sed hac conditione, ut
bibam vinum, mortuisq; super polluar: tum ecce hic erit Nasiræus,
& prohibita ipsi erunt omnia. (Quod si tamen excusaverit se, dicens;) no-
vi quidem, quod Nasiræatus eslet, sed nescivi, Nasiræis interdictum
esse vinum: tum ecce erit prohibitus (à vino:) licet R. Schimeon per-
mittat. (At si dixerit;) novi quidem, quod Nasiræo interdictum eslet,
sed putavi, sapientes posse solvere (permittere dispensando) mihi, quia
non possum vivere sine vino, aut quia sepelio mortuos: tum huic per-
mittitur (vinum:) licet R. Schimeon interdicat.

Mishna V.

(Si quis dixerit;) ecce ego sum Nasiræus, & incumbit mihi, ut
radam Nasiræum, & audiuerit proximus ejus, dixeritque; sum & ego
(Nasi-

43.

(Nasiræus,) & incumbit mihi, ut radam Nasiræum : tum si prudenter sunt, radit alter alterum : sin minus ; radunt Nasiræos alios.

Mishna VI.

(Si quis dixerit;) ecce incumbit mihi, ut radam Nasiræum dimidiat ex parte, & audiverit proximus ejus, atq; dixerit ; Et mihi incumbit, ut radam Nasiræum dimidia ex parte : tum & hic potest radere Nasiræum totum, & ille potest radere Nasiræum totum : ita R. Meir. Sed sapientes dicunt ; hic radit Nasiræum dimidiat ex parte, & iste radit Nasiræum dimidium (seu ex parte dimidia.)

Mishna VII.

(Si quis dixerit;) ecce ero Nasiræus, si mihi natus fuerit filius ; & natus fuerit ipsi filius : ecce est Nasiræus. Sin obturatus (cujus membris inclusum in ventre,) aut Androgynous, natus ipsi fuerit : non erit Nasiræus. Si vero dixerit ; quam primum video, ut fuerit mihi proles : etiam si natus fuerit ipsi obturatus, vel Androgynus : tamen erit Nasiræus.

Mishna VIII.

Si abortiverit uxor ejus : non erit Nasiræus. Licet R. Schimeon dicat ; (istud eum non liberat, sed ita) dicat ; si fuerit filius vivax, ego ero Nasiræus debiti : Sin minus, ecce ero Nasiræus voluntarius. Si iterum (post abortum) pepererit : tum erit Nasiræus. Licet R. Schimeon dicat ; ita loquatur : Si prior fuerit filius vivax, prior (faciet me Nasiræum) debiti, & alter voluntarium. Si vero non : tum prior voluntarium, & alter debiti.

Mishna IX.

(Si quis dixerit;) ecce ego (sum) Nasiræus, & Nasiræus (ero,) ubi mihi natus fuerit filius : tum si incepit numerare (Nasiræatum) suum (non conditionatum,) & post natus fuerit filius, complebit eum : postea numerabit eum, qui propter filium (votus est.) (At si dixerit;) ecce ego (ero) Nasiræus, ubi mihi filius natus fuerit, & (sum) Nasiræus : tum si incepit numerare Nasiræatum suum, & (interea) natus fuerit ipsi filius, desistet a suo, & numerabit filii sui (s. quem vovit propter filium,) atq; tandem suum complebit.

Mischna X.

Ecce ego ero Nasiræus, ubi mihi filius natus fuerit, & Nasiræus (sum) 100. dierum: tum si natus ipsi fuerit filius usq; ad 70. dies, nihil perdidit planè: at post 70. dies destruit (seu perdit) 70. dies; quia non datur tonsura nisi post 30. dies.

CAP. III.*Mischna I.*

Quisquis dixerit; ecce ego sum Nasiræus, ille tondetur trigesimo die: quod si tamen XXX. die tonsus fuerit: tum exit (liber.) Ecce ego sum Nasiræus XXX. dies; Si tondetur XXX. die: non exibit (liber.)

Mischna II.

Quisquis voverit duos Nasiræatus, ille tondetur propter priorem die trigesimo primo, propter secundum sexagesimo primo die. Quod si tondetur propter priorem XXX. die: tondebitur ob secundum die LX. Imò si tondetur die LX. minus uno (id est, die LIX.) exit. Et hoc testimonium testatus est R. Papis de eo, qui voxit duos Nasiræatus: quod si tondetur propter priorem die trigesimo, tondeatur propter posteriorem die sexagesimo: at si tondetur die sexagesimo minus uno; exeat. Quia dies trigesimus (prioris tricenarii) annumeratur ipsi (ad numerum posteriorum 30. dierum) ex numero (priori.)

Mischna III.

Quicunq; dixerit; ecce ego sum Nasiræus: si trigesimo die polluetur, destruit omnes. Licet R. Elieser dicat; non destruit, nisi septem. Ecce ego sum Nasiræus triginta dierum: Si polluitur die trigesimo, destruit omnes.

Mischna IV.

(Si quis dixerit;) ecce ego sum Nasiræus 100. dies: tum si polluitur die centesimo, destruit omnes. Licet R. Elieser dicat; non destruit, nisi 30. dies. Si polluitur die centesimo primo: destruit triginta dies. Licet R. Elieser dicat; non destruit nisi septem (dies.)

Mischna V.

Quicunq; voverit Nasiræatum, fueritq; in cœmiterio, si vel maxime triginta dies ibi manerit; non tamen annumerantur ipsi (seu Nasi-

45.

Nasiræatu*s* ipsius,) nec adducit Korban immunditiæ suæ. Si exiverit,
& rursus (post lotionem) ingressus fuerit: tum annumerantur ipsi, &
adferit Korban immunditiæ. R. Elieser (recte) dicit; non eodem ta-
men die (quo vovit: nam si die, quo vovit, ingressus fuerit, ille dies an-
numerabitur.) Quoniam dicitur; & dies priores cadent: ((cīl.) quo-
usq; ipsi erunt priores dies.

Mischna VI.

Si quis voverit Nasiræatum longum, & absolverit Nasiræatum
suum, posteaq; venerit in terram (Israël:) de eo dicit Schola Scham-
mai; quod sit Nasiræus trīginta dierum: sed (melius) Schola Hillelis;
est Nasiræus ab initio (id est, per totum tempus, quod vovit.) Habe-
mus exemplum in Helena Regina, cuius filius cum iret in bellum, di-
xit ipsa; Si tedierit filius meus ē bello cum pace, ero Nasiræa septem
annos. Venit autem filius ejus ē bello, & ipsa fuit Nasiræa septem
annos. Sed in fine VII. annorum venit in terram (Judah:) ubi Scho-
la Hillelis informavit eam, ut esset Nasiræa adhuc VII. annos alios.
Polluta verò est in fine VII. annorum. Deprehenditur Nasiræatus
ejus XXI. annorum. Licit R. Jehudah dicat (malè;) non debuisse esse
Nasiræam, nisi XIV. annos.

Mischna VII.

Si de aliquo duæ sectæ testium fuerint testantes; quarum una di-
cat, esse Nasiræum bis; altera, quinque: tum Schola Schammai di-
cit; dissentit testimonium, & non est hic Nasiræatus. Sed Schola
Hillelis dicit; in summa quinarii comprehenduntur duo: ideoq; erit
Nasiræus bis (seu duorum Nasiræatum.)

CAP. IV.

Mischna I.

Si quis dixit; Ecce ego sum Nasiræus, & audivit socius ejus, dixit
que; Ego (quoque, & alijs;) & ego: tunc omnes sunt Nasiræi. Si
primus absolvitur, absoluti sunt omnes. Sin absolvitur ultimus, ipse
quidem absolutus est, sed reliqui omnes ligati: (quia ultimi Nasiræa-
tus dependebat à prioribus, tanquam à conditione.) Si dixit quis; ec-
ce ego sum Nasiræus, ac audivit socius, dixitque; os meum, ut os ejus,
& coma mea, ut coma ejus: ecce hic est Nasiræus. (Si quis maritus
dixit;) ecce ego sum Nasiræus, & audivit uxor ejus, atq; dixit; & ego:
tum

tum potest ipsius (uxoris Nasiræatum) solvere, sius autem constat.
(Si uxor alicujus dixit;) ecce ego sum Nasiræa, & audivit maritus ejus,
& dixit; & ego: tum non potest solvere, (quia suo voto prius con-
firmavit.)

Mishna II.

(Si maritus dixit;) ecce ego sum Nasiræus, & tu (uxor mea:)
tum, si ipsa dixerit; Amen, potest tantummodo ipsius (Nasiræatum)
solvere, sed sius constat. (At si dixit uxor;) ecce ego sum Nasiræa, &
tu (maritus meus:) tum, si dixerit ipse; Amen, non potest solvere.

Mishna III.

Si mulier, quæ Nasiræatum vovit, biberit vinum, aut polluta
fuerit mortuis: tum ecce vapulat 40. plagi. Sin solverit ipsi maritus
ejus, & ipsa nesciverit, quod ipsi solverit maritus ipsius, & biberit vi-
num, aut polluta fuerit mortuis: tum non vapulat 40. plagi. (Insu-
per recte) R. Jehuda ait; vapulat tamen plagi castigationis.

Mishna IV.

Si mulier aliqua vovit Nasiræatum, & separavit pecudem suam,
atq; postea solvit ipsi maritus ejus: si pecus ipsius (uxoris) sua (mariti)
fuit: exhibet, pascetq; in grege. Sin ipsius (uxoris) fuit pecus: tum si
fuerit sacrificium pro peccato, morietur; si holocaustum, offeretur in
holocaustum; si pacifica, offretur in pacifica, & comedetur die uno,
non autem necesse habebit pane. Si fuere ipsi pecunia (vota) abso-
lutæ: cedent in voluntaria (sacrificia). Sin pecunia separata (seu ex-
pressa) ad certa sacrificia destinata verbis, (aut) pretium sacrificii pro
peccato: tum abibunt (seu ejicientur in mare salsum, nec commo-
dum ex istis habebunt, nec prævaricabuntur in iis. Pretium holocau-
sti adferetur in holocaustum, atq; prævaricabuntur in iis. Pretium pa-
cificorum adferetur pro pacificis, comedeturq; die uno, nec requiri-
pet panem.

Mishna V.

Si pro eâ (muliere) effusus est unus ex istis sanguinibus: tum non
potest (maritus) solvere. (Ubi non bene) Rabbi Akiba addit; etiam si
(tantum) macatum est unum ex omnibus pecudibus pro eâ: tamen
non potest solvere. De quo verba intelligenda? de tonsurâ munditiae.

At

At in tonsurâ immunditiae potest solvere: dicere enim potest; nolo uxorem deturpatam. Rabba (malè) dicit; etiam in tonsurâ munditia solvet: quia potest dicere: nolo uxorem tonsam.

Mishna VI.

Vir potest voto adstringere filium suum, ut fiat Nasiræus: sed mulier non potest adstringere filium suum, ut fiat Nasiræus. Quomodo? Si (filius) totondit se, aut totondere eum propinqui; Si ipse (filius) impedivit, aut impeditiverunt propinqui: tum si pecus ipsi separata est in sacrificium pro peccato, (illa pecus) moriatur; Si in holocaustum, offeratur in holocaustum; Si in pacifica, offeratur in pacifica, quæ comedi solent uno die, nec panem requirunt. Sin fuerint ipsi pecuniae absolute (votæ:) tum cedant in voluntaria sacrificia. Si pecuniae separatae: tum, si fuerint pretia in sacrificium pro peccato, præsidentur in mare salsum, nec commodum inde percipient, nec in iis prævaricabuntur. Si pretia in holocaustum: adferent holocaustum, inque in illis prævaricabuntur. Si pretia pacificorum, tum adferent pacifica, quæ comeduntur die uno, sed non onerata pane.

Mishna VII.

Vir tondetur propter Nasiræatum patris sui; sed mulier non tondetur propter Nasiræatum patris sui. Quomodo? Si cuius Pater fuerit Nasiræus, & separaverit pecuniam absolute pro Nasiræatu suo, interim que fuerit mortuus: tnm si dicat (filius;) ecce ego sum Nasiræus hæ conditione, ut tondear propter pecuniam patris mei. Rabbi Iose dicit; ecce ista (pecunia) cedit in voluntarium sacrificium, neq; tondetur filius super Nasiræatu patris sui. Quisnam ergo tondetur super Nasiræatu patris sui? (Filius quisque,) qui fuit Nasiræus cum Patre suo, & cuius Pater separavit pecuniam absolute pro Nasiræatu suo, atque (mox) mortuus est: hic est, qui tondetur super Nasiræatu Patris sui.

CAP. V.

Mishna I.

Schola Schammæi dicit; sanctificatum per errorem, esse sanctum. Contra Schola Hillelis negat, esse sanctum. Quomodo? Si quis dixit; bos niger, qui exibit è domo mæ primus, ecce ille erit sanctum.

exivit autem albus: tum Schola Schammai dicit; sanctum quid est; at Schola Hillelis dicit; non est sanctum.

Mishna II.

(Item; Si dixerit quis;) denarius aureus, qui ascendet in manum meam (h. e. veniet in potestatem meam) primus, ecce ille erit sanctum; ascendit autem argenteus: tum Schola Schammai dicit, sanctum est; at Schola Hillelis, non est sanctum. (Item;) dolium vini, quod veniet in potestatem meam primum, ecce illud erit sanctum; ascendit autem (dolium) olei: Schola Schammai dicit, sanctum est; at Schola Hillelis dicit; non est sanctum.

Mishna III.

Si quis voverit Nasiratum, & consuluerit sapientem, hic verò obligaverit ipsum (super hoc:) tum numeret ab horâ, quâ vovit. Sin consuluerit sapientem, & hic absolverit ipsum: tum si fuerit ab ipso pecus aliqua separata, exeat, pascatq; in grege. Heic dixit Schola Hillelis Scholæ Schammai; num vos fatemini de hoc sanctificato per errorem, quod exeat, & pascat in grege? Dixit ei Schola Schammai; num vos fatemini de eo, qui erravit, & vocavit nonum, decimum; & decimum, nonum; undecimumque, decimum, quod hoc sit sanctificatum? Dixit ipsi Schola Hillelis; annon verò baculus (baculo namq; numerabant gregem) sanctificavit illud? Quid igitur refert, si erravit, & demisit baculum super octavum, & super duodecimum? num fecit quicquam? At Scriptura, que sanctificavit decimum, ea etiam sanctificavit nonum, & undecimum.

Mishna IV.

Si quis voverit Nasiratum & abiverit, ad adducendum pecudem suam, sed invenerit, furto esse ablata: tum, si, antequam furto ablata, Nasiratum vovit, erit Nasiræus. Sed, si, postquam furto ablata, Nasiratum voverit: tum non erit Nasiræus. Et hunc errorum erravit Nahum Medus, quem ascendere Nasiræi de captivitate, & deprehenderunt sanctuarium eversum. Dixit enim ipsis Nahum Medus, si scivistis, quod sanctuarium esset eversum, fuitis facti Nasiræi. Dixerunt ipsi; non. Tum absolvit eos Nahum Medus. Verùm cùm res delata esset ad sapientes, dixerunt ei; quisquis vovit, antequam evertere.

49.
tetur domus sanctuarii, ille est Nasiræus: postquam autem eversa
est domus sanctuarii: tum non est Nasiræus.

Mischna V.

Si quidam iter fecerint, occurrit q; ipsi aliquis; & dixerit unus
ex ipsis; Ecce ego Nasiræus ero, si hic est N. & alius dixerit; ecce & ego
ero Nasiræus, si hic non est N. (Item;) Ecce ego ero Nasiræus, nisi
unus ex vobis sit Nasiræus; Si nullus ex vobis Nasiræus; nisi uterque
vestrum Nasiræus; nisi omnes vos Nasiræi; Schola Schammæi dicit,
omnes isti sunt Nasiræi; sed Schola Hillelis dicit (benè;) nullus est Na-
siræus præter eum, cujus verba non fuere (re) confirmata. Licet R.
Tarphon dicat; (planè) nullus est Nasiræus.

Mischna VI.

Sin subduxerit se (ille, qui occurrit) à tergo (ita ut nesciatur, quis
sit;) tum non est Nasiræus, (qui dixit; est N. vel, non est N.) R. Schi-
meon dicit; dicat (ita;) si res habebat juxta verba mea, ecce ero Na-
siræus debiti; Sin non, ecce ego ero Nasiræus voluntarius.

Mischna VII.

Si quis viderit נְכָר Kevi (est animalis cuiusdam singularis nomen),
de quo dubium est, an sit נְמַנֵּה jumentum, vel נְמַנָּה fera,) & dixerit;
Ecce ego ero Nasiræus, si hoc non est fera: (alter;) ecce ego ero Na-
siræus, si hoc est fera. (Item;) ecce ego ero Nasiræus, si hoc non est ju-
mentum: (alius;) ecce ego ero Nasiræus, si hoc est jumentū. (Item;)
ecce ego ero Nasiræus, nisi hoc sit fera & jumentum: (alius;) ecce ego
ero Nasiræus, si hoc sit vel fera, vel jumentū. (Item;) ecce ego ero Na-
siræus, nisi unus ex vobis sit Nasiræus: (aut;) ecce ego ero Nasiræus,
si unus ex vobis sit Nasiræus: (aut;) ecce ego ero Nasiræus, nisi vos
omnes sitis Nasiræi: ecce, hi omnes sunt Nasiræi.

CAP. VI.

Mischna I.

Tres species sunt prohibita Nasiræis, (1.) immundities, (2.) ton-
sura, & (3.) egrediens de vite. Et omnia egredientia de vite inter se
conjuguntur (scil. uvæ arida & recentes, cutis & vinacei, &c.) Haut
tamen reus fit, donec comedenter, de uvis instar olivæ. Mischna prior

vult dicere; (non sit reus,) antequam bibat quartale vini: de eo vero dicit (non bene) R. Akiba; etiam si maceraverit bolum suum in vino, fueritque tantum in eo coniunctum, quantum est oliva, quod sit reus.

Mishna II.

Sed super vino etiam seorsim reus erit, & super uvis seorsim: super **בַּרְזֶלֶת** seorsim, & super **בָּשָׂר** seorsim. R. Eleasar filius Asar-
iah dicat licet; non erit reus nisi comedenter duos **בָּרְזֶלֶת** atque **בָּשָׂר**.
Quid sunt **בָּרְזֶלֶת**, & quid sunt **בָּשָׂר**? **בָּרְזֶלֶת** sunt exterius acino-
rum (seu extiores cutes); sed **בָּשָׂר** sunt interius (seu interiores vi-
nacei,) ut dixit R. Jehuda: at R. Jose (melius respondens,) dixit; ne ex-
teres res se habent, ut in tintinnabulo pecudis. Ubi exterior pars dici-
tur **בָּרְזֶלֶת**; & interior **בָּשָׂר** id est, malleus sive clavus interior.

Mishna III.

Nasirætus absolute (votus) est 30. dierum. Si intra hos (Nasi-
rætus) totonderit se ipsum, vel totonderint eum latrones (h.e. five spon-
te fecerit, five coactus;) tunc destruit XXX. dies. Quicunque autem
Nasirætus totonderit se, five forpice, five novacula, aut evulserit tan-
tillulum pilorum, ille reus erit. (Item;) Nasirætus fricat (caput,) & se-
parat (crines,) sed non peccinat. Dixit etenim Rabbi Iischmael; non
fricabit (Nasirætus caput suum) gleba terra, ne pilus evellatur.

Mishna IV.

Si Nasirætus toto die biberit vinum: non nisi semel reus erit. Si
dixerint ei; ne bibas, ne bibas, & ille tamen biberit: tunc super uno-
quoque (id est, toties, quoties admonitus fuerit,) reus erit. Si tota die
tondetur: non erit reus nisi semel. Sin dixerint ipsis; ne tondearis, ne
tondearis, & ipse tamen tondeatur: tunc super quavis (admonitione)
erit reus. Si tota die polluatur mortuis: non nisi semel reus erit. Sin
dixerint ipsis; ne polluaris, ne polluaris, & ipse tamen polluatur: tunc
totus reus erit.

Mishna V.

Tres species sunt prohibita Nasiræo: immundities, tonsura, &
egrediens è vite. Sed magis (prohibita) immundities & tonsura,
quam egrediens è vite. Nam immundities ac tonsura destruunt (Na-
siratum:) at quod è vite egreditur, non destruit. (Quanquam alio
respe-

51.

spectu) magis prohibitum egrediens evite, quam immundities & tonsura. Quoniam egrediens de vite non patitur exceptionem: at immundities atque tonsura patiuntur exceptionem, nimir. quoad tonsuram præcepti, & mortuum præcepti. Iterum; aliquomodo gravior est immundities tonsuræ. Siquidem immundities destruit omnia, debeturque propter eam Korban. Sed tonsura non destruit nisi XXX. dies, nec tenentur propter eam (ad offerendum) sacrificium.

Mishna VI.

Tonsura immunditie quomodo (fit?) Aspergit se aqua tertia, & septima die, tondeturque (eadem) septima: adferat autem Korbanoth sua, (qua sunt duo turures, aut duo pulli columbarum; unum in holocaustum, alterum in sacrificium pro peccato) die octavo. Sin tonsus fuerit octavo die; tunc eadem quoq; die adferat Korbanoth sua. Sic (recte) ait R. Akiba. Objicit quidem ipsi R. Tarphon; quid interest ergo inter hunc (Nasiræum,) & leprosum? Sed respondit ipsi Rabbi Akiba; hoc, quod hujus (Nasiræi) mundities sit suspensa à diebus suis: at proxi mundities sit suspensa à tonsuræ; nec adferat Korban, nisi postquam sol occiderit.

Mishna VII.

Tonsura munditie quomodo? Adducit tres bestiolas (juxta Num. 6.) (1.) in sacrificium pro peccato, (2.) in holocaustum & (3.) in pacifica. Ubi vero mactarit (primo) pacifica: tondetur super iis (seu post illa;) ita Rabbi Jehuda. Licet Rabbi Eleasar dixerit; non tondetur nisi post sacrificium pro peccato; quia sacrificium pro peccato præcedit ubique. Sin tamen tonsus fuerit post aliquod ex hisce tribus, liber exit.

Mishna VIII.

Rabban Schimeon fil. Gamalielis (recte) dixit; si adduxerit tres bestiolas, nec separarit (eas, ad hoc vel istud sacrif.) tum quod congruum est pro sacrificio pro peccato, offeratur in sacrificium pro peccato; quod pro holocausto, offeratur in holocaustum; quod pro pacifica, offeratur in pacifica. (Item;) si raserit (Nasiræus) capillum capituli Nasiræatus sui: tum subjiciat (capillum) olla. Sin tonsus fuerit in provincia (aliena:) tum non subjiciat olla. De quo verba accipienda: de tonsura munditie: sed in tonsuræ immunditiei non subjiciat (capil-

(capillum) olla. Licit Rabbi Meir dicat; omnes subjiciant olla, excepto solo immundo in provinciâ.

Mishna IX.

Si (Nasiræus) coixerit, aut elixaverit pacifica: tum sumat sacerdos armum coctum de æiete, & placentam azymi unam è corbe, lagantimque azymi unum, atque imponat manibus Nasiræi, agitetur ea. Sic postea licitum est Nasiræo bibere vinum, & pollui mortuis. Rabbi Schimeon dicit; postquam sparsus est super eum unus de sanguinibus: tum licitum est Nasiræo bibere de vino & pollui mortuis.

Mishna X.

Si quis tonsus fuerit post sacrificium, quod illegitimum inventum: tum quoque tonsura ejus est illegitima, & sacrificia ejus ipsi non imputantur. (Item;) si quis tonsus fuerit super sacrificio pro peccato, alieno titulo (oblate,) & postea attulerit Korbanoth sua, titulo eorum: tum itidem tonsura ejus illicita est, nec sacrificia ejus ipsi imputantur. (Item;) si quis tonsus fuerit super holocausto, aut super pacificis, alieno titulo, deinde verò attulerit Korbanoth sua, titulo recto: rursus tonsura ejus illicita, neque sacrificia ejus ipsi imputantur. Quicquid Rabbi Schimeon dicat; istud sacrificium non imputatur ipsi; reliqua tamen imputantur ipsi. At si tonsus fuerit post omnia tria, atque tantummodo unum ex illis legitimum fuerit inventum; tum tonsura ejus legitima est, & adferet reliqua sacrificia.

Mishna XI.

Si super uno aliquo sparsus fuerit unus ex sanguinibus, & pollutus fuerit; Rabbi Elieser quidem dicit; destruit omnia: At sapientes (meliùs) dicunt; adferet sacrificia reliqua, & mundus erit. Recensuerunt ei historiam de Maria Tarmuditha, super quâ sparsus erat unus ex sanguinibus; & venerant (quidam) narrantes ipsi de filia sua, quod periclitaretur: ubi ipsa abivit, & invenit ipsam mortuam. Sapientes verò dixerunt; adferet modò reliqua sua sacrificia & munda erit.

CAP.

CAP. VII.

Mischna I.

Sacerdos magnus & Nasiræus non polluantur propinquissuis: polluantur tamen mortuo præcepti. Si fuerint in itinere & invenerunt mortuum præcepti: dicit Rabbi Elieser; polluatur sacerdos magnus, sed Nasiræus non polluatur. Ex adverso dixerunt sapientes; polluatur Nasiræus, sed non polluatur sacerdos magnus. Regessit Rabbi Elieser; polluatur sacerdos, quia non cogitur adferre sacrificium pro immundicie suâ: at Nasiræus non polluatur, quippe qui cogitur adferre sacrificium pro immundicie suâ. Sed responderunt ipsi (sapientes;) polluatur Nasiræus, quia sanctitas ejus non est sanctitas perpetua: non autem polluatur sacerdos, quia ejus sanctitas est sanctitas perpetua.

Mischna II.

Super his immundiciebus Nasiræus tondetur: super mortuo; super tanto de mortuo, quantum est oliva; & super tanto carnis cadaveris avulsa; quantum est oliva; & super plenitudine cochlearis de pulvere corporis putrefacti; super spina dorsi; super calvaria; super membro de mortuo; super membro de vivo; super quo est caro sicut conveniens (sufficiens, ut possit vivere & accrescere, licet non sit tantum, quantum est oliva;) & super dimidio Kabo ossium, & super dimidio Log sanguinis; super tactu eorum, & super onere eorum; super tentorio eorum; super osse, quod est sicut granum hordei magnum, quoad tactum ejus, atque onus ejus. Super istis Nasiræus tondetur, & aspergit se tertia & quarta die, & destruit antecedentia, nec incipit numerare, nisi ex quo mundatus est, & adfert sacrificia sua.

Mischna III.

Ad obtegentia & prominentia, & locus fragmenti, & terra gentilium, & lapis sepulchralis, & parietes sepulchri, & quartale sanguinis, & tentorium quartæ (Kabi) ossium, & vasa tangentia mortuum, & dies numerationis ejus, & dies consummations ejus: (haec sunt,) super quibus Nasiræus non tondetur, sed abluitur tertio & septimo die, nec destruit præcedentia, sed numerat statim, & non debetur ab

eo Korban. Utique dies fluentis viri, vel fœminæ, & tempus inclusio-
nis ejus ob lepram : Hæc, inquam, imputantur ipsi.

Mishna IV.

Dixit Rabbi Elieser nomine Rabbi Jehoschea : super qualibet
immunditie à mortuo, ob quam Nasiræus tondetur, rei fiunt, si in-
grediuntur sanctuarium. (Item;) super quævis immunditie à mor-
tuo, ob quam Nasiræus non tondetur; super ea, inquam, etiam non
fiunt rei, etiamsi ingrediantur sanctuarium : licet (sed malè) Rabbi
Meir dixerit; non erit levior, quam ea, quæ est à reptili. Dixit Rab-
bi Akiba Danthæus coram Rabbi Eliefer; quid? nonne, si os, quod
est sicut granum hordei (in magnitudine,) non immundet hominem
in tentorio; & tamen Nasiræus tondetur ob ejus tactum ejusque la-
tionem: nonne, quod ad quartale sanguinis, immundans hominem
in tentorio, magis æquum est; ut Nasiræus tondeatur ob tactum ejus
& lationem ejus? Respondit ipsi; quid hoc (argumenti) mi Akiba?
non concludimus hic à minori ad majus. Postquam ego veni & ex-
postui hæc verba coram Rabbi Jehoschea, dixit mihi, optimè quidem
locutus es; sed sic tradiderunt decisionem.

CAP. VIII.

Mishna I.

Si ad duos Nasiræos aliquis dixerit; vidi unum ex vobis pollui,
sed nescio, quis ex vobis sit: tum tondentur atque adducant Korban
immunditiei, & Korban munditiei, & dicat (quilibet ad alterum;) si
ego sum immundus, sit istud Korban immunditiei meum, & Kor-
ban munditiei tuum: sed si ego sum mundus; tunc sit Korban istud
munditiei meum, & Korban immunditiei tuum. Postea numerant
XXX. dies, ac adserunt Korban munditiei, rursusque dicit alter ad
alterum; si ego sum ille immundus, fuitque Korban immunditiei
meum, & Korban munditiei tuum: tum hoc esto (jam) sacri-
ficium munditiei meæ: quod si ego fui mundus, adeoque Korban
(prius) munditiei meum extitit, & Korban immunditiei tuum; tum
hoc esto Korban munditiei tuæ. Si (interim) unus ex illis mortuus
fuerit, dicit Rabbi Jehoschea; quarat (alter) aliquem de platea (sive
foro,) qui voceat pro illo Nasiræatum, dicatque; si ego immundus
fui,

55

fui, ecce tu statim eris Nasiræus: si ego mundus fui, ecce tu eris Nasiræus post XXX. dies. Tum numerant triginta dies, & adducunt Korban immunditiei, & Korban munditiei, & dicit unus alteri; si ego sum ille immundus: tum Korban immunditiei esto meum, & Korban munditiei tuum. Quod si ego sum mundus ille, Korban munditiei esto meum, & Korban immunditiei dubium. Postea (iterum) numerant triginta dies, & adducunt Korban munditiei, dicitque unus alteri; si ego fui ille immundus, adeoque Korban immunditiei fuit meum, & Korban munditiei tuum, esto hoc Korban meum munditiei. Quod si ego fui mundus ille, adeoque Korban munditiei meum, & Korban immunditiei dubium, esto hoc Korban munditiei tuum. Respondit ipsi Ben. Dluma; quis verò obsequetur illi, ut voveat pro isto Nasiræatum? Itaque adferat sacrificium pro peccato ex ave, & holocaustum de pecude, atque dicat; si immundus fui, esto hoc sacrificium pro peccato ex debito & holocaustum voluntarium: at si mundus fui, holocaustum esto ex debito meo, & sacrificium pro peccato dubium. Postea numerat triginta dies, & adducit Korban munditiei, dicitque; si immundus fui, holocaustum prius erit voluntarium, & hoc debiti: quod si mundus fui, prius erit holocaustum debiti, & hoc voluntarium, atque hoc reliquum Korban meum. Regessit quidem Rabbi Jehoschea; deprehenditur verò, quod hic adferat Korbanth sua ex parte: nihilominus pronuntiabant sapientes juxta Ben. Dluma.

Mishna 11.

Si aliquis Nasiræus fuerit immundus cum dubio, aut absolutus cum dubio: tum comedit sancta post X. dies, & bibit vinum, atque polluit mortuis post 120. dies: quia tonsura plagæ moratur tonsuram Nasiræi, quando in confessio est: ast, ubi in dubio est, non moratur.

CAP. IX.

Mishna 1.

In Gentiles non cadit Nasiræatus: at in mulieres & servos cadit Nasiræatus. Major tamen in mulieres (cadit rigor,) quam in servos, quia cogere quis potest servum suum: uxorem verò cogere non potest. (Alio respectu) major in servum, quam in mulierem. Nam potest

potest aliquis solvere vota uxoris suæ : at vota servi sui solvere non potest. Siquidem, si solvit (vota) uxoris suæ , solvit in perpetuum. Sin solvit (vota) servi sui, nihilominus hic cogitur, si manumissus fuerit, implere Nasiræatum suum. Si fugit (servus) à faciebus ejus (Domini sui:) Rabbi Meir dicit; non bibet (vinum.) At Rabbi Jose inquit; bibet.

Mischna II.

Si quis Nasiræus tonsus fuerit, fueritque ipsi notum factum, quod si immundus : tum quando immundities ejus fuerit ipsi cognoscibilis, destruit (omnia.) Quod si immundities abyssi (& cognitu nimis difficilis,) non destruit omnia.) Sin ; antequam tonsus fuerit, sive sic, sive sic (id est, sive eodem die, sive intra dies impletionis) destruit. Quomodo ? E.g. si quis descenderit ad lavandum in spelunca, & fuerit inventus mortuus nans in spelunca : tum immundus erit. Sin submersus inventus fuerit in fundo speluncæ ; tum, si ipse descenderit ad refrigerandum se, mundus erit. Sin (descenderit,) ut mundaretur ab immundicie mortui, immundus erit: nam presumptio immundi facit immundum, & presumptio mundi facit mundum. Ita namque res habet suos pedes (id est, fundamenta.)

Mischna III.

Si quis invenerit mortuum ab initio jacentem, ut solent (mortui :) tollat eum , atque comprehensionem ejus (id est, spatium terræ, in quo jacuit, & portet in cœmiterium.) (Item;) si quis duos invenerit; tollat istos, cum comprehensione eorum. Sin autem invenerit tres, si fuerint inter unum alterumve à quatuor usque ad 8. ulnas; ecce erit dormitaculum sepulchorum. Scrutatur itaque inde & ulterius XX. ulnas; si invenerit aliquem in fine XX. ulnarum, scrutatur adhuc inde & ulterius CXX. Sic enim res fundatum suum habet, ut, si quis invenerit aliquem ab initio, tollat eum, & terram ejus.

Mischna IV.

Omne dubium plagarum ab initio est mundum, priusquam conjugatur immunditiei. Postquam vero conjunctum est immundici, est cum dubio immundum. Septem modis scrutantur fluxum patien-

patientem, antequam conjunctus fuerit fluxui: In cibo, potu, latrone, saltu, morbo, aspectu, & cogitatione. Ubi autem conjunctus fuerit fluxui, non amplius scrutantur eum. Coactio enim ejus, dum ejus, & concubitus seminis immundant. Habet namque res suum fundamentum. Si quis perculsit proximum suum, ita ut iudicent eum moriturum: sed melius habere ceperit; mox tamen iterum pejus, ita ut moriatur: reus est. Rabbi Nechonia quidem eum absolvit. Quia sunt pedes rei (fundamentum.)

Mishna V.

Nasiræus fuit Samuel: juxta verba Rabbi Nehorai. Quia dicitur; & novacula non ascendet super caput ejus. Dicitur de Schim-schone; & novacula: dicitur & de Samuele; & novacula. Quid est novacula dicta de Schim-schone? Nasiræatus. (Ergo) etiam novacula dicta de Samuele est Nasiræatus. Licet Rabbi Jose dixerit; nonne novacula illa non est nisi carnis & sanguinis (id est, gladius hominum?) Respondit ipsi (rechè) Rabbi Nehorai; nonne verò jam dictum est ante; Et dixit Samuel, quomodo ibo? Si audierit Schaul, occidet me. Scilicet fuit jam super eo novacula carnis & sanguinis, id est, (potuit occidi: alias frustra timuerat gladium Schaulis.)

*Absolutus est Tractatus Talmudicus
de Nasirais.*

la

TRACTA-

**TRACTATUS TALMUDICI
DE IVRAMENTIS.
VERSIO LATINA.**

CAP. I.

Mischna I.

Iuramenta duo sunt, quæ sunt instar quatuor. Notitiae immunditieæ duæ sunt, quæ sunt instar quatuor. Educationes Sabbathi duæ sunt, quæ pro quatuor habentur. Demonstratioñes plagarum duæ sunt, quæ valent quatuor.

Mischna II.

In quacunque re fuerit notitia ab initio, & notitia in fine, sed ignorantia in medio ejus : ecce in hac erit obligatio ad majus minusve munus (pro qualitate personæ.) In quacunque re fuerit notitia ab initio, non autem notitia in fine ; eam hircus, qui fit intus (id est, cuius sanguis spargitur intra velum) & dies expiationis suspendunt, donec innoverit ei (homini;) tum demum adducat majus minusve munus (pro qualitate personæ.)

Mischna III.

In quacunque re non fuerit notitia ab initio, verūm fuerit in eā notitia in fine ; eam hircus, qui fit extra, & dies expiationis expiant secundum scripturam : prater sacrificium pro peccato diei expiationis. Pro quo unus (hircus) expiat ; pro eo etiam expiat alter. Quid ergo (expiat) interior ? non expiat nisi pro re, in qua est notitia. Ergo etiam exterior non expiat, nisi pro re, in qua est notitia (rei.)

Mischna IV.

Præterea, in quacunque re non fuerit notitia, neque ab initio, neque in fine : pro eā hirci festorum, itemque hirci noviluniorum expiant;

piant; hæc R. Jehuda. R. Schimeon dicit; hirci festorum quidem expiant; sed non hirci noviluniorum. Pro quo itaque hirci noviluniorum expiant pro mundo, qui comedit immundum. R. Meir inquit; omnium hircorum expiatio æqualis est, pro immunditia scil. sanctuarii ejusque sanctorum. R. Schimeon dixit; hircos noviluniorum expiate pro mundo, qui comedit immundum; & (hircos) festorum expiate pro eo, in quo non est notitia, nec ab initio, nec in fine; atque (hircum) diei expiationis expiare pro eo, in quo non est notitia ab initio; sed in quo est notitia in fine. Interrogarunt eum; quidnam ergo illud est, quando offerunt unum pro altero? Respondit illis; offerant. Dixerunt ei; at postquam expiatio istorum inæqualis est, quare offerunt unum pro altero? Respondit illis; omnes offeruntur ad expiandum pro immunditia sanctuarii, atque sanctorum ejus.

Mishna V.

Rabbi Schimeon ben. Jehuda dicit, nomine illius (prioris Rabbi Schimeonis;) hirci noviluniorum expiant pro mundo, qui comedit immundum: plus præstant illis (hirci) festorum, quippe qui expiant pro mundo, qui comedit immundum, proque eo, in quo non est notitia, nec ab initio, nec in fine: Adhuc plus præstant illis (hirci) diei expiationis; quippe qui non solum expiant pro mundo, qui comedit immundum, sed etiam pro eo, in quo nulla notitia, nec ab initio, nec in fine: Item pro eo, in quo nulla notitia ab initio; est tamen in eo notitia in fine. Interrogavere eum; quid ergo est? quod offerunt unum pro altero. Respondit illis; bene habebit. Exeperunt adversus ipsum, si vel maximè (hirci) diei expiationis offerantur in noviluniis: quomodo autem (hirci) noviluniorum offerentur in die expiationis ad expiandum expiatione, quæ non est eorum? Dixit illis; omnes hirci solent offerri ad expiandum pro immunditia sanctuarii, ac sanctorum ejus.

Mishna VI.

Porrò pro superbia (seu peccato studio commisso) immunditiæ sanctuarii, & sanctorum ejus, hircus, qui fit intus (id est, cuius sanguis spargitur intra velum,) & dies expiationis expiant. Tandem pro reliquis transgressionibus, de quibus in lege, tum levibus, tum gravibus, tām peccatis studio commissis, quām ex errore, tām quā nota facta,

quām quæ non nota facta, tām quæ contra præceptum affirmativum
quām quæ contra negativum sunt, quām quæ excisionem, quām quæ
pœnam capitalem forensem merentur, hircus emissarius expiat.

Mishna VII.

Sive sint Iſraēlitæ, sive Sacerdotes, sive Sacerdos unctus, nil re-
fert. Quidnam ergo est discriminis inter Iſraēlitas, Sacerdotes, Sa-
cerdotemque unctum? duntaxat hoc, quod sanguis juvenci expiat
pro Sacerdotibus, pro immunditia sanctuarii, ac sanctorum ejus. R.
Schimeon dicit; quemadmodum sanguis hirci, qui fit intus (id est, cu-
jus sanguis spargitur intra velum) expiat pro Iſraēlita: sic sanguis ju-
venci expiat pro Sacerdotibus. Quemadmodum confessio hirci emis-
sarii expiat pro Iſraēlità: sic confessio juvenci (seu super juvenco) ex-
piat pro Sacerdotibus.

CAP. II.

Mishna I.

Notitia immunditiae duæ sunt, quæ sunt quatuor. Si quis pollu-
tus fuerit, sciveritque, sed mox fuerit immunditiei oblitus, memor ta-
men, esse rem sanctam; aut oblitus fuerit, esse rem sanctam, memor
tamen immunditiei: aut latuerit eum utrumque, & comederit san-
ctum, ita ut ignoret, sed, postquam comederit, cognoverit: ecce tum
hic (obligatur) ad majus minusve munus. Si quis pollutus fuerit &
noverit; sed mox oblitus fuerit immunditiei, memor tamen, esse rem
sanctam; aut oblitus fuerit, esse rem sanctam, memor tamen immun-
ditiei; aut latuerit ipsum utrumque, & intravit sanctuarium, nec sci-
verit, postquam verò egressus cognoverit: ecce (obligatur etiam) hic
ad majus minusve munus (pro qualitate personæ).

Mishna II.

Idem est, sive quis intrat in atrium ipsum, sive intrat in appendi-
cem atrii; siquidem nihil addi solet urbi, vel atrii, nisi jussu Regis-
Prophetae, Urii & Thummim, & Sanbedrin septuaginta & unius vi-
ri, & per duo sacrificia Eucharistica atque carmen. Ubi domus judi-
cii praedit, & duo sacrificia Eucharistica post illos sequuntur, omnesque
Iſraēlitæ post hæc. Interius (Eucharisticum) comedisi solet, at exterius
combu-

comburi. Quæcunque verò appendix non sit secundum omnia ista: tum, si ingreditur eam, non reus fit super eā.

Mishna III.

Si quis pollutus fuerit in atrio; sed ignota fuerit ipsi immundities, & meminerit sanctuarii: aut ignotum fuerit ipsi, esse in sanctuario, & memor fuerit immunditie; aut ignotum fuerit ipsi utrumque; & incutvatus fuerit, aut commoratus tanto tempore, quantum incurvatio requirit, aut si egressus fuerit via longiori, reus erit; sin via breviori, liber erit. Hos est præceptum affirmativum de sanctuario, quando super eo rei non fiant.

Mishna IV.

Quod verò est præceptum affirmativum de Menstruatâ, quando super ea rei fiant? Si quis coiverit cum mundâ, & illa dixerit ei, imunda facta sum, ille verò statim separaverit se: tamen reus est. Quia tam prodest ipsi egressus ejus, ac ingressus ejus.

Mishna V.

Rabbi Elieser dicit; si fuerit immundum reptile, & oblitus quis fuerit; tum propter ignorantiam reptilis immundi reus erit; sed non reus erit propter ignorantiam sanctuarii. Rabbi Akiba inquit; Si ignotum fuerit alicui (templum,) fueritque immundus: tum ob ignorantiam immunditiae reus erit; non verò teus erit ob ignorantiam sanctuarii (seu loci sancti.) R. Iischmaël ait; Et latuerit, & latuerit bis (dicitur;) ad reum faciendum, tām propter ignorantiam immunditiae, quam propter ignorantiam sanctuarii.

CAP. III.

Mishna I.

Juramenta duo sunt, qua sunt quatuor. (Si quis dixerit;) juramentum esto, quod comedetur sim, & non comedetur sim; quod comederim, & non comederim. (Si quis dixerit;) juramentum esto, quod non comedetur sim, comederit autem, quicquid etiam sit; reus erit: Ita Rabbi Akiba. Quæsiverunt ex Rabbi Akiba: ubinam invenimus de comedente, quantum cuncte etiam sit, qui reus est, quod hic sit reus? Respondit illis Rabbi Akiba; Et ubinam invenimus de

loquente ac offerente munus, quod hic sit loquens ac afferat munus? (Si quis dixerit;) esto juramentum, quod non comedetur sim; comedet autem biberitque: non reus erit, nisi semel. (Si quis dixerit:) juramentum esto, quod nec comedetur, nec bibitur sim; comedet autem biberitque: reus erit bis.

Mischna II.

(Si quis dixerit;) juramentum esto, quod non comedetur sim, interim tamen comedet panem triticum, panem hordeaceum, & panem spelta: non reus erit, nisi semel. (Si quis dixerit;) juramentum esto, quod non comedetur sim, sive panem triticum, sive panem hordeaceum, sive panem spelta, comedetque tamen: reus erit super unoquoque.

Mischna III.

(Si quis dixerit;) Esto juramentum, quod non bibitur sim, biberit vero varios potus: non reus erit, nisi semel. (Si vero dixerit;) juramentum esto, quod non bibitur sim vinum, aut oleum, aut lac; sed biberit: reus erit super unoquoque.

Mischna IV.

Si quis dixerit; Esto juramentum mihi, quod non comedetur sim, comedet vero cibos, qui non apti sunt comedioni atque biberit potus, qui inepti bibitioni: liber erit. (Si quis dixerit;) Esto juramentum, quod non comedetur sim, comedet autem cadavera, & discepta, abominanda & reptilia: reus erit. Rabbi Schimeon quidem liberum facit. Si quis dixerit; Munus esto uxor mea, ne commodum percipiat a me, si comedero hac die; sed comedet vel cadavera, vel discepta, vel abominanda, vel reptilia: ecce tum uxor ejus prohibita est.

Mischna V.

Idem est, sive sint res alicuius propriæ, sive res aliorum: sive res, in quibus solidi quid est, sive res, in quibus nihil solidi. Quomodo? Si quis dixerit; Esto juramentum, quod daturus sim aliiquid viro N. & quod non daturus sim: quod dederim, & quod non dederim: quod dormitus sim, & quod non dormitus sim: quod dormiverim, & quod non dormiverim: quod projecturus sim lapillum in aquam, & quod non projecturus sim: quod projecerim, & quod non projec-

rim;

tum : tum R. Iischmaël dicit; non reus sit, nisi super futuro, quia dicitur: ad malefaciendum, aut ad benefaciendum. Dixit ei R. Akiba; si sic se habet, nihil inde habeo, nisi res, in quibus est malefactio, & benefactio. Unde ergo habeo verba, in quibus non est malefactio ac benefactio? Respondit ei; ex consequentiâ Scripturæ. Dixit illi; Si consequentia Scripturæ ibi est, est & consequentia Scriptura hîc.

Mischna VI.

Si quis juraverit intermissorum præceptum, nec tamen intermisserit: liber erit. Si juraverit servatrum, & non servaverit; liber quoque erit: licet de jure foret, ut esset reus, secundum verba R. Jehudæ filii Bathiræ. Dixit enim R. Jehuda filius Bathiræ; quid? si est res libera, super quâ non est quis juramento obligatus de monte Sinai; & tamen reus erit super eâ: Si est præceptum, super quo est juramento obligatus de monte Sinai; annon de jure erit, ut reus super eâ sit? Sed dixerunt ei; non, si dixeris quid de juramento libero, quod æquè faciet quis potest, & non potest, dices idem de juramento præcepti, in quo facere datur, & non facere. Siquidem si quis juraverit intermissorum (scil. præceptum,) & non intermisserit: liber erit.

Mischna VII.

Si quis dixerit; juramentum esto, quod non comedurus sim panem hunc; juramentum (iterum) esto, quod non comedurus sim illum; juramentum (tertium) esto, quod non comedurus sim illum, attamen comedenter: tum non reus est nisi, semel (seu pro uno juramento.) Hoc est juramentum promissionis, super quo rei fiunt propter malitiam (seu peccatum ex industria commissum) quidem plagarum; at propter errorem ejus, oblationis majoris minorisve. Juramentum vanum est, super quo rei fiunt, propter peccatum ex industria commissum, plagarum; at propter errorem (ex ignorantia orum) liber quis est.

Mischna VIII.

Quodnam pro juramentum vanum? Si quis juraverit, ad persuadendum (contrarium ejus,) quod alicui (maxime) notum est. (E. g.) Si quis dixerit de statuâ lapideâ, quod sit aurea; aut de viro, quod sit mulier, & de muliere, quod sit vir. Aut si quis juraverit super re impossibilem.

possibili. (E. g.) si non vidi camelum in aere volantem; aut, si non vidi Serpentem, sicut trabs torcularis est. (Aut.) si dixerit testibus; venite, & testimonium mihi perhibete: (Illi verò dixerint) per juramentum, quod non testimonium tibi perhibituri simus. (Aut.) si juraverit quis, quod non servatus sit præceptum; quod non extiteratur sit tabernaculum; vel quod non sublatus sit ramum palmæ; vel quod non applicatus sibi sit Thephillin. Hoc est juramentum vanum, super quo rei sunt, propter peccatum ex proposito commissum, plagarum; ob peccatum verò ex errore commissum, liber quis erit.

Mishna IX.

(Si quis dixerit;) juramentum esto mihi, quod comedetus sim panem hunc; & juramentum esto mihi, quod non comedetus sim illum: tum prius est juramentum promissionis; posteriorius verò juramentum vanum. Si comederit illum; transgressus est juramentum vanum. Si non comederit; transgressus est juramentum promissionis.

Mishna X.

Juramentum promissionis cadit in viros & foeminas; in longinos ac propinquos; in legitimos & illegitimos, coramque judicio sit, & non coram judicio, etiamque per seipsum: & rei sunt propter superbiā ejus (id est, peccatum ex petulantia commissum) plagarum; propter errorem verò ejus, Korban seu muneris majoris mortisve.

Mishna XI.

Juramentum vanum cadit in viros foeminasque; in longinos & propinquos; in legitimos atque illegitimos, coramque judicio sit, & non coram judicio, etiamque per seipsum. Rei autem sunt propter factum ex malitia commissum, plagarum; propter errorem verò liber quis. Sive illud (juramentum promissionis) fuerit, sive hoc (vanum,) si quis adjuratur ab aliis, reus est. Quomodo verò? Si adjuraverit quis alterum, ut juret; non comedet die hoc, si non indui Thephillin die hoc; & hic dixerit, Amen: reus erit.

CAP.

CAP. IV.

Mischna I.

Juramentum testimonii cadit in viros, sed non in feminas; in longinuos, sed non in propinquos (seu cognatos;) in legitimos, sed non in illegitimos: non cadit etiam nisi in idoneos ad testimonium perhibendum. Tām qui coram judicio, quām qui non coram judicio: tām qui per se (ultrō) jurat, quām qui ab aliis adjuratur; non rei sunt, usque dum negaverint, quod est, coram judicio: ita R. Meir. Sed Sapientes dicunt; sive per semetipsum jurat, sive ab aliis adjuratur: non rei sunt, usque dum negaverint, quod est, coram judicio.

Mischna II.

Et rei sunt, propter malitiam, juramenti, & propter errorem ejus, qui cum malitia testimonii conjunctus est. Non autem rei sunt propter errorem ejus (simplicem.) Cujusnam autem sunt rei propter malitiam juramenti? (Resp.) Korban, id est, munerae majoris minorisve (pro qualitate personæ.)

Mischna III.

Juramentum testimonii quomodo fit? Si quis dixerit ad duos; venite perhibeteque mihi testimonium: (illi verò dixerint;) Esto juramentum, quod nullum testimonium tibi perhibere sciamus: aut si dicxerint ad eum; nullum testimonium scimus perhibere tibi. (Ille verò porrò dixerit;) adjuro vos, dixerintque Amen: ecce tum isti rei erunt. Si adjuraverit eos quinque extra judicium, & venerint isti in judicium, atque confessi fuerint: liberi erunt. Sin negarint: rei erunt super unoquoque. Si adjuraverit eos quinque coram iudicio, & isti negaverint: tum non rei erunt, nisi semel. Dixit R. Schimeon; quæ ratio est? (Resp.) quia non licet illis redire, & confiteri, (postquam semel negarunt.)

Mischna IV.

Si negaverint ambo isti simul: tum ambo illi rei sunt. Sin unus post alterum: tum prior reus est; alter verò liber. Si negaverit unus, confessus verò fuerit alter: tum is, qui negavit, reus est. Dux si fuerint turbæ testimoniū, & prima negaverit, itidem q; postea negaverit secunda: tum amba sunt reæ; propterea quod testimonium potuerat confirmari per singulas earum.

Mischna V.

Si quis dixerit;) Adjuro ego vos, nisi adveniatis, mihi que testimoniū perhibeatis, quod habeam apud hunc N. depositum & concretū, & raptū, remque amissam: (tum si illi responderint ei;) juramentum (esto nobis,) quod nullum tibi sciamus testimonium, non nisi semel rei sunt. (Si vero dixerint;) juramentum esto, quod non sciamus, esse tibi in manu N. depositum, aut concretū, aut raptū, aut rem amissam: tum rei sunt super unoquoque. (Si quis dixerit;) adjuro vos, nisi accedatis, atq; testimonium perhibeatis mihi, quod sit mihi apud hunc N. depositum tritici, & hordei, & spelta: (illi vero dixerint ad eum;) juramentum esto nobis, quod nullum testimonium pro te sciamus, non sunt rei, nisi semel: sin; juramentum esto nobis, quod non sciamus pro te testimonium, esse tibi apud hunc N. triticum, aut hordeum, aut spelta: tum rei sunt super unoquoque.

Mischna VI.

(Si quis dixerit;) adjuro vos, nisi veniatis ac perhibeatis mihi testimonium, quod obtigerit mihi per hunc N. damnum, & dimidium damni, (quodque mihi ab isto debeatur) compensatio dupla, compensatio quadrupla, & quintupla; item, quod vitiarit hic N. filiam meam, & decepit (blandiendo) filiam meam; item, quod percussit me filius meus, & quod vulneraverit me proximus meus, quodque accenderit acervum meum frugum in die expiationis: ecce tum isti rei sunt.

Mischna VII.

(Si quis dixerit;) adjuro vos, nisi veniatis, mihi que testimonium præbeatis, quod sim Sacerdos, (aut) quod sim Levita: (aut) quod non sim filius repudiatae, (aut) quod non sim filius alicujus, cuius calceus exutus à Leviro: aut quod vir N. sit Sacerdos, aut quod vir N. sit Levita: nec sit filius expulsæ; nec sit filius alicujus, cui Levir calceum exuit: (aut) quod hic N. vitiarit filiam ejus & persuaserit (blandiendo) filia ejus; aut quod vulneraverit me filius meus, aut quod percussit me proximus meus, aut accenderit acervum meum frugum in Sabatho: ecce isti sunt liberi.

Mischna

Mischna VIII.

(Si quis dixerit;) adjuro vos, nisi veniatis ac perhibeatis mihi testimonium, quod dixerit hic N. se daturum mihi ducentos Sussim, nec tamen dederit mihi: ecce isti liberi sunt, quia non rei sunt nisi ob exceptionem pecuniae, sicut depositi.

Mischna IX.

(Si quis dixerit;) adjuro vos, ut si testimonium pro me scitis, adveniatis, ac testimonium perhibeatis mihi: ecce tum isti sunt soluti, quia praecessit juramentum ante testimonium.

Mischna X.

Si quis steterit in synagogâ, atque dixerit; adjuro vos, ut, si testimonium pro me scitis, adveniatis, & testimonium mihi perhibeatis: ecce tum isti sunt liberi, donec determinaverit illos, (quos testes cupit.)

Mischna XI.

Si quis ad duos dixerit; adjuro vos, te N. & te N. ut, si testimonium scitis pro me, advenientes testimonium detis mihi; (ili vero responderint;) esto juramentum, quod nullum testimonium sciamus pro te, cum tamen sciant testimonium pro ipso, (sed) testis ex ore testis, aut unus ex illis cognatus est, aut illegitimus: ecce tum isti sunt liberi.

Mischna XII.

Si quis miserit (ad eos) servum suum, aut is, à quo aliquid exigitur, dixerit ipsis; adjuro vos, si scitis testimonium pro isto, ut adveniatis, ipsique reddatis testimonium: ecce isti sunt liberi, donec audierint ex ore exigentis.

Mischna XIII.

(Si quis dixerit;) adjuro vos; præcipio vobis; obligo vos: ecce isti tenentur. (Sin;) per cœlum & per terram: tunc liberi sunt. (Si dixerit; adjuro vos) per Aleph, Daleth, per Jod, He, per omnipotentem, per Zebaoth, per gratiosum & misericordem, per longuimem, aut per multum beneficium, aut per quæcunque (Dei) cognomina: tum ecce isti sunt rei. Si quis maledixerit per ullum istorum; ipse reus est: ita R. Meir. Sed Sapientes absolvunt. Si quis maledixerit Patri suo,

suo, aut Matri sua per illum istorum; reus est: verba sunt Rabbi Meir. Verum Sapientes absolvunt. Si quis maledixerit sibi eti ipsi, & proximo suo, per illum istorum: tunc transgreditur praeceptum negatum. (Si quis dixerit;) percutiat te Deus, & sic percutiat te Deus; tum haec est maledictio scripta in lege. (Sin;) ne percutiat te, aut benedicat tibi, aut benefaciat tibi: R. Meir obligat; Sapientes autem absolvunt.

CAP. V.

Mishna I.

Juramentum depositi cadit in viros & feminas; in longinuos (seu non cognatos) & in propinquos (seu cognatos) in legitimos & illegitimos. Sive tamen in judicio, sive non in judicio, juret quis; sive propriis verbis, sive in verba praeventis; non erit reus, nisi quando negaverit illud in domo judicii: ita R. Meir. Verum enim vero Sapientes dicunt; sive verbis propriis, sive in verba praeventis, postquam negavit illud, reus erit. Et reus quidem erit ob malitiam juramenti, atque ob errorem ejus, cum malitia depositi coniunctum. Non autem reus est propter errorem ejus (simplicem.) Cujus ergo rei reus erit propter malitiam? Sacrificii pro delicto, argenteos scilicet duos & quantis.

Mishna II.

Juramentum depositi quomodo se habet? Si quis dixerit alicui; redde mihi depositum meum, quod tu habes: (alter vero dixerit;) Esto juramentum, quod apud me nihil sit de tuo: aut dixerit ei; nihil de tuo habeo. (Aut si dixerit ille;) adjuro te, & hic responderit, Amen. Tum hic reus est. Si adjuraverit eum quinques, sive intra dominum judicii, sive extra dominum iurandum; atque negaverit: tum reus est super unoquoque (id est, quinques.) Dixit R. Schimeon; qua est ratio? propterea quod possit redire (ad corrigendum,) atque confiteri.

Mishna III.

Si quinq; exegerint ab illo, & dixerint ei; restitue nobis nostrum depositum, quod in tua potestate; ille vero (dixerit;) juro, nihil vobis esse apud me: tunc non reus est, nisi semel: Sin (dixerit;) juro, quod nihil de tuo sit apud me, neque de tuo, neque de tuo (&c.) tum reus est propter quodvis. R. Elieser dicit; (non reus erit,) donec dixerit tu juro, ultimo loco.

Ioco. R. Schimeon inquit; donec dixerit, juro omnibus & singulis.
 (Si quis dixerit;) da mihi depositum, & concretum, raptum & rem
 amissam, quæ in manu tuâ est: (alter verò dixerit;) Esto juramentum,
 quod nihil de tuo habeam: tum non es reus, nisi semel. (Sin verò di-
 xerit;) esto juramentum, quod tibi nullum sit apud me depositum, &
 concretum, raptum, & res amissa: tum reus es ob unumquodque.
 (Si dixerit;) redde mihi triticum, & hordeum, & speltam, quæ de meo
 sub tuâ nunc est manu; (& alter dixerit;) juramentum esto, quod nihil
 tibi sit in manu mea: tum non es reus, nisi semel. (Sin dixerit;) jura-
 mentum esto, quod nihil de tuo apud me, vel tritici, vel hordei, vel
 spelta: tum reus es super unoquoque. R. Meir dicit; quamvis dixe-
 rit; triticum & hordeum, & spelta: reus tamen es super omnibus &
 singulis.

Mishna IV.

(Si quis Pater dixerit;) stuprasti & deceperisti filiam meam, dixerit
 autem (alter;) nec stupravi, nec decepi: (tumque ille dixerit;) adjuro
 te; & hic responderit, Amen: reus es. R. Schimeon quidem liberum
 facit, quia non det poenam per proprium os (hoc est, non contemnat
 semetipsum.) Responderunt ei; etiamsi non det poenam per pro-
 prium os; restituit tamen pudorem & ignominiam per proprium os.

Mishna V.

(Si quis dixerit ad aliquem;) tu furatus es bovem meum, ille verò
 dixerit; non furatus sum: (tum si dixerit;) adjuro te, responderitque
 alter; Amen, reus es. (Sin dixerit;) Furatus quidem sum, sed non ma-
 etavi, neque vendidi: (& ille dixerit;) adjuro te, hicque responderit,
 Amen: liber es. (Si dixerit;) occidit bos tuus bovem meum, ipse au-
 tem negaverit, quod occiderit; tum, si dixerit ille; adjuro te, & hic re-
 sponderit, Amen, reus es. (Si dixerit;) occidit bos tuus servum
 meum, & ipse negando, quod non interficerit, responderit; tum, si
 ille dixerit; adjuro te, responderitque hic, Amen, liber es. Si dixerit
 quis alicui; percussisti me, atque vulnerasti me, & hic dixerit; non per-
 cussisti te, neque vulneravi te: tum, si dixerit ille; adjuro te, & hic re-
 sponderit, Amen, reus es. Si dixerit alicui servus ipsius; dentes meos
 excusisti, & excœcavisti oculos meos, & ille dixerit; non excusisti, ne-
 que excœcavi: tum, si hic (servus) rursus dixerit; adjuro te, atque
 respon-

responderit ille; Amen; liber est. Hæc esto Regula. Quicunque condennat ad restituendum semetipsum, is reus est: Et quicunque non condemnat semetipsum, is liber est.

CAP. VI.

Mischna I.

Juramentum judiciale quod attinet; si est accusatio de duobus argenteis, & est confessio de tanto, quantum est obolus; & quandounque non est confessio de specie accusacionis: liber est. Quomodo? (Si quis dixerit;) duo argentei sunt mihi in potestate tua, (& alter responderit;) nihil habeo, quod ad te spectat, nisi obolum: liber est. (At si dixerit;) duo argentei & obolus mihi sunt in potestate tuâ: tum, si alter juraverit; nihil quicquam de tuo possideo, præter obolum, reus est. (Item, si quis dixerit;) libra mihi est in potestate tuâ, (juraverit autem alter;) nihil tibi est in potestate meâ: tum liber est. (At si dixerit;) libra mihi est in potestate tua; (& alter juraverit;) nihil tibi est in potestate meâ, nisi quinquaginta denarii: tum reus est. (Si dixerit;) libra patris mei est in potestate tuâ: (alter verò responderit;) nihil de tuo possideo, præter quinquaginta denarios: tum liber est, quia est sicut restituens rem amissam.

Mischna II.

(Si quis dixerit ad aliquem;) tu libram de meo possides, & ille responderit ipsi; ita est: illa porrò postridie dixerit ei; restitue eam mihi, (& hic posterior excusarit se, dicens;) restitui tibi eam: liber est; (at si dixerit;) nihil habeo de tuo; tum obligatus est. (Si quis dixerit alteri;) tu possides libram meam, & hic responderit ipsi; bene; (dixerit autem ille;) ne restituas mihi eam, nisi præsentibus testibus; postridie autem dixerit ei; nunc restitue mihi eam: (tum si hic recusaverit, dicens;) reddidi istam tibi, reus est, quoniam debuerat restituere istam illi cum testibus.

Mischna III.

(Si quis dixerit;) est mihi libra auri in potestate tuâ: (& alter responderit ipsi;) non est tibi in potestate meâ nisi libra argenti, liber est. (At si dixerit;) denarius aureus est mihi in potestate tuâ, (& responderit alter;) nihil quicquam præter denarium argenteum, aut tre-

tremissem, aut Pondion (id est, dimidium Zuz,) aut obolum in potestate mea de tuo est: tum reus est, quia omnia haec sunt species eadem de monetâ. (Si quis dixerit;) corus proventus est mihi in potestate tua, (& alter negaverit;) nihil quicquam est tibi in potestate mea, præter dimidium modium leguminum, liber est: (At si dixerit;) corus fructuum est mihi apud te, (& alter responderit;) nihil quicquam præter dimidium modium leguminum tibi est in potestate mea; reus est: quia modius leguminum sub fructibus comprehenditur. Si quis accusaverit aliquem propter triticum, & hic confessus fuerit ei horrendum: tum liber erit. Sed Rabban Gamaliel obligat. Si quis accusaverit proximum suum propter cados olei, & hic confessus fuerit ei cados vacuos: tum Admon dicit; quandoquidem confessus est ei aliquid de specie accusationis, juret. Verum enim verò Sapientes dicunt; non est confessio de specie accusationis. Dixit Rabban Gamaliel; video ego verba Admonis. Si accusaverit quis aliquem propter vasa & sola, & hic confessus fuerit vasa, sed negaverit sola (id est, bona immobilia;) (aut confessus fuerit) sola, negaverit autem vasa: tum liber est. Si confessus fuerit aliquid de solis, liber erit: (At si confessus aliquid fuerit) de vasis, reus erit: quia facultates, ad quas non est redditus, trahunt secum facultates, ad quas datur redditus; ut juretur super illis.

Mishna IV.

Non jurant super accusatione surdi, stulti, aut minorenis, nec adjurant minorenem, sed jurant super minorenii & sanctificato.

Mishna V.

Res super quibus non jurare solet, sunt: servi, instrumenta contractuum, fundi, atque sacrata. In iisdem non habet locum retributio dupla, nec retributio quadrupla, vel quintupla. Qui custodem agit gratis, non jurat. Qui mercedem accipit (seu Mercenarius) non restituit. R. Schimeon ait; super sanctis, ad quorum apprehensionem quis obligatur, jurant: contrà, ad quorum apprehensionem nemo obligatur, super illis etiam nemo jurat.

Mishna VI.

Esse quasdam, inquit Rabbi Meir, res, quæ sunt in fundo (solo,) nec (tamen) habentur sicut fundum: sed dissensere ab eo Sapientes.

Quo-

Quomodo? (Resp. e. g. si quis ad alterum dixerit;) decem vites oneratas tradidi tibi, alter verò responderit; haud fuerunt plures quam quinque: tum R. Meir obligatum dicit juramentum. Verùm Sapientes inquiunt; omne coniunctum fundo, ecce est sicut fundus. Non jurant, nisi super eo, in quo mensura, vel pondus, vel species (reperitur.) Quomodo? (Exempli gratia, si quis dixerit;) domum plenam eradidi tibi, aut marsupium plenum tradidi tibi, & alter responderit; iugoro, sed id, quod hic reliquisti, tolle: tum liber erit. Sin hic dixerit; usque ad trabem, & iste; usque ad fenestrā: tum reus erit.

Mischna VII.

Mutuo si quid dederit quis proximo suo accepto pignore, periretque pignus: si dixerit ille huic; Sela (hoc est, quatuor denarios seu duos siclos) mutuo dedi tibi super eo, & Scharkel (id est, unum siclum) æquabat; alter verò responderit; non, sed mutuo dedisti mibi Sela super eo, & Sela etiam æquabat, liber erit. (At si dixerit;) Sela mutuavi tibi super eo, ac Scharkel æquabat; alter verò responderit; non ita, sed mutuasti mihi super eo Sela, & tres denarios æquabat: reus erit. (Aliud Exemplum: si quis dixerit;) Sela mutuo mibi dedisti, & duos æquabat; alter verò responderit; Non ita, sed Sela mutuo dedi tibi super illo, & Sela æquabat; liber erit. (At si dixerit;) Sela mihi super eo mutuasti, & duos æquabat, alter verò responsum dederit; non ita, sed Sela mutuavi tibi super illo, & quinque denarios æquabat: tum reus erit. Quisnam verò jurat? (Resp.) is qui depositum (habet) apud se. Fortassis enim jurabit alter, & iste proferet depositum.

CAP. VII.

Mischna I.

Quicunque jurantes, quos Lex ad juramentum obligat, jurant ita, ut non restituant. Hi autem sunt, qui ita jurant, ut recipient; Mercenarius, spoliatus, vulneratus, & ille cuius adversarius suspectus est de perjurio, ac Numularius super libello suo. Mercenarius quomodo (jurat?) Si dixerit alteri (mercenarius;) da mihi mercedem meam, quæ sub tuâ est potestate, responderit autem alter dedi; ille verò institerit, non accepi: tum jurat, & accipit. Dicat licet Rabbi Jehuda; usque dum erit aliquid de isto confessionis. Quomodo? Si dixe-

dixerit ei (mercenarius;) da mibi mercedem meam quinquaginta denariorum, quam tu possides, isque responderit; accepisti denarium aureum.

Mischna II.

Spoliatus quomodo (jurat?) Si qui testificati fuerint de aliquo, quod ingressus fuerit in domum ejus (spoliati) ad capiendum pignus sine licentia: tum, si dicenti; vasa mea abstulisti, responderit alter; non abstulisti, ecce hic jurat, & aufert. Etsi Rabbi Jehuda dicit; donec facta fuerit ex parte confessio. Quomodo? Si allocuti fuerint eum; duo vasa abstulisti, & is responderet; nonnisi unum abstuli.

Mischna III.

Vulneratus quomodo? Testati si fuerint de altero, quod (hic vulneratus) venerit in potestatem ejus integer (seu sine vulnere,) exierit verò vulneratus, ipseque dixerit ei; vulnerasti me, at alter regesserit; non vulneravi: ecce ille jurat, & aufert. Dicat licet Rabbi Jehuda; donec aliquid confessus fuerit. Quomodo? E. g. si dixerit ad eum; vulnerasti me bis, & alter responderit; non nisi semel vulneravi te.

Mischna IV.

Potrò quomodo (juratis,) cuius adversarius suspectus est de perjurio: sive fuerit juramentum testimonii, sive juramentum depositi; imo sive etiam juramentum vanum fuerit: si unus illorum fuerit aleator, aut mutuo dans cum usurâ, aut ex volare facientibus columbas, (hoc est, qui assuefaciunt columbas suas, ut alienas domum secum ducent, quod pro rapina habetur,) aut ex negotiantibus (ex fructibus) anni septimi: tum adversarius jurat aufertque. At uterque si fuerit suspectus: tum juramentum reddit in locum suum (sequitur ordinem:) ita R. Jose. R. Meir inquit; Partientur.

Mischna V.

Tandem Nummularius propter tabulam suam quomodo? Non, ut dicat; Scriptum est in tabula mea, te debere mihi centum Sufim. Sed, si dixerit quis ei (nummulario;) da filii meis duo fata triticorum, (aut) da operis meis' pro Sela (id est, quatuor denariis, seu duobus siccis) nummos; (& ille) responderit; dedi: sed hi (sicilicet opera) k dixe-

dixerint; non accepimus: tum ille jurat atque auffert, itidemque hi (opera) jurant ac auferunt. Dixit ben. Nanas; quomodo & isti devinent ad juramentum vanum, & hi devenient ad juramentum vanum? (Non ita fiat;) sed iste auffert sine juramento, & hi auferunt sine juramento.

Mischna VI.

Si dixerit quis Nummulario; da mihi pro denario (qui valet sex obols) fructus, & ille (nummularius) dederit illi: mox dixerit illi (nummularius;) da mihi denarium, sed ille responderit huic; dedi eum tibi, tu autem posuisti eum in loculos tuos: tum jurabit paterfamilias, quod dederit huic denarium. (At) si dixerit illi (Nummulario;) da mihi fructus; hic autem responderit isti; dedi eos tibi, tu autem detulisti eos in dominum tuam: tum jurat Nummularius. Rabbi Jehuda ait; cuiusvis, cuius in potestate sunt fructus, jus est potius. Si quis dixerit ad Trapezitam; da mihi pro denario nummos (aneos,) & hic dederit; & vicissim dixerit ad illum; da mihi denarium, sed ille responderit huic; dedi eum tibi, & tu posuisti eum in loculos tuos, jurat Paterfamilias. Sed si dederit huic denarium, dixeritque ei; da mihi nummos, sed hic responderit illi; dedi eos tibi, & tu conjectisti eos in marsupium tuum: tum jurat Trapezita. Licer Rabbi Jehuda neget, moris esse Trapezitæ, ut vel Assaritum det, (cujus pondus hordeorum quatuor,) antequam denarium suum acceperit.

Mischna VII.

Sicuti dixerunt de vitiente instrumentum dotale suum, quod ei nil solvatur nisi sub juramento; & quod ei, contra quam testis unus testatus fuerit, quod sit soluta, nil solvatur nisi sub juramento: item quod de facultatibus, quæ creditoribus obligatae, & de facultatibus pupillorum nil solvatur nisi sub juramento: Item quod ei, cui solutum est non praesenti, nil solvatur nisi sub juramento: Sic etiam pupillis nil solvit, nisi sub juramento. (E.g. si juraverint;) juramentum esto, quod nil mandaverit nobis Pater noster, & quod nil Pater noster nobis dixerit, neque nos invenimus quicquam inter contrarium instrumenta nostri Patris, quod obligatio hæc sit soluta. Rabbi Juchanan ben. Brukæ dicit; etiamsi natus fuerit filius post Patris

obi-

75.

obitum: tamen jurat, & aufert. Dixit Rabban Schimeon ben Gamaliel; si adsunt testes, (qui dicere possunt,) quod Pater in hora mortis dixerit; scriptum hoc contractus non est solutum: tum aufert sine jureamento.

Mishna VIII.

Hi jurant sine accusatione, socii hortulanii, Oeconomi, mulier, cui res familiaris quoad accepta & expensa commissa, & filius familias. Si tamen interrogaverit: de quo tu postulas me? (& hic responderit;) volo, ut tu mihi jures: obligatus erit. Si partiti fuerint socii, & hortulanii, adjurare ullum nequeunt. Si volutum fuerit super ipsum juramentum ex loco alio (causa & occasione alia:) tum volvunt super eum omnia. Annus tandem septimus dimittit juramentum.

CAP. VIII.

Mishna I.

Quatuor sunt, qui custodiunt. (1.) Gratis custodiens. (2.) Petens custodiā. (3.) Mercedem custodia accipiens. (4.) Mercede conducens. Qui gratis custodit, jurat super omnibus. Qui petuit custodiā, restituit omnia. Qui mercedem custodiaz accepit, & qui mercede conduxit, (hi, inquam, duo) jurant super fracto, & super abducto, & super mortuo, atque restituunt rem amissam ac furto ablatam.

Mishna II.

Si quis interrogaverit custodientem gratis: ubi bos meus? (& is) responderit ei; est mortuus: cum tamen fuerit fractus, vel captivus abductus, vel furto ablatus, vel amissus sit: (aut si responderit) est fractus, cum tamen fuerit mortuus, vel captivus abductus, vel furto ablatus, vel amissus sit: (aut) est captivus abductus, cum tamen fuerit mortuus, vel fractus, vel furto ablatus, vel amissus sit: (aut,) est furto ablatus, cum tamen fuerit mortuus, vel fractus, vel captivus abductus, vel amissus sit: (aut) amissus est, cum tamen fuerit mortuus, vel fractus, vel captivus abductus, vel furto ablatus: (tum si dixerit;) adjuro te, & is responderit Amen, liber est.

k 2

Mishna

Mischna III.

(Item si interrogaverit,) ubi bos meus? (& alter) responderit ei; ignoro, quid tu fabuleris; cum tamen fuerit mortuus, aut fractus, aut captivus abductus, aut furto ablatus, aut amissus: (tum si dixerit ad eum;) adjuro te, isque responderit Amen, liber est. (Vel si interrogabit;) ubi meus bos? (& ille) responderit ei; amissus est: (tum si dixerit,) adjuro te, & ille responderit Amen; atque testes testati fuerint adversus illum, quod comedetur istum; restituat capitale; Si confessus fuerit ultrò; reddat capitale, & quintam partem atque oblationem pro reatu. (Si interroganti,) ubi bos meus? responderit; furto est ablatus: (tum si dixerit;) adjuro te ego, & is responderit Amen; simulque testes testati fuerint contra eum, quod furto abstulerit eum: reddat retributionem duplam: quod si confessus fuerit ipsemet: reddat capitale, & quintam partem, atque oblationem pro reatu.

Mischna IV.

Si quis dixerit ad aliquem in foro, ubi bos meus, quem furto abstulisti? isque responderit; non furatus sum, sed testes testati fuerint, quod furatus fuerit illum: tum reddat compensationem duplam. Si mactaverit, aut vendiderit: reddat compensationem quadruplam, aut quintuplam. Si viderit testes plaudentes venientesque, (atque) dixerit; furatus sum, sed neque mactavi, neque vendidi: tum non nisi capitale reddere cogitur.

Mischna V.

Si interrogaverit quis petentem custodiam; ubi meus bos? (ac) is responderit illi; mortuus est, cum fuerit fractus, aut captivus abductus, aut furto ablatus, aut amissus: (vel dixerit;) fractus est, cum fuerit mortuus, aut captivus abductus, aut furto ablatus, aut amissus: (vel dixerit;) captivus abductus est, cum fuerit mortuus, aut fractus, aut furto ablatus, aut amissus: (vel dixerit;) furto est ablatus, cum fuerit mortuus, aut fractus, aut captivus abductus, aut amissus: (vel dixerit;) amissus est, cum fuerit mortuus, aut fractus, aut captivus abductus, aut furto ablatus: (tum si dixerit;) adjuro te, ac is responderit Amen, liber erit.

Mischna

77.
Mishna VI.

Item; ubi meus bos? (&) iste responderit ei; nescio, quid fabuleris, cum fuerit mortuus, aut fractus, aut captivus abductus, aut furto ablatus, aut amissus: (tum si dixerit;) ego adjuro te, & ille responderit Amen, tenetur. Si quis dixerit ad mercedem custodie accipientem, aut ad mercede conducentem; ubi bos meus? & ille responderit ei; mortuus est, cum fuerit fractus, aut captivus abductus: (vel) fractus est, cum fuerit mortuus, aut captivus abductus: (vel) captivus abductus est, cum fuerit mortuus, aut fractus: (vel) furto ablatus est, cum amissus sit: (vel) amissus est, cum fuerit furto ablatus: (tunc si dixerit;) adjuro ego te, & iste responderit, Amen, liber est. (Sin) mortuus est, aut fractus est, aut captivus abductus est, cum fuerit furto ablatus vel amissus: (tum si dixerit;) adjuro ego te, & ille responderit; Amen, tenetur. (Sin;) amissus est, aut furto ablatus est, cum fuerit mortuus, vel fractus, vel captivus abductus: (tum si dixerit;) adjuro te, & iste responderit; Amen, liber est. Hæc esto Regula; Quicunque mutat obligationem in obligationem, & solutum in solutum, & solutum in obligationem, liber est: qui verò obligationem in solutum, est obligatus. Hæc (etiam) esto Regula; Quicunque jurat ad leviorem reddendam sibi ipsi rem, is reus est.

Contrà qui jurat ad aggravandum semetipsum,
is liber est.

*Absolutus est Tractatus Talmudicus
de Juramentis.*

k 3

TRA

**TRACTATUS TALMUDICI
DE EXCISIONE
VERSIO LATINA.**

CAP. I.

Mischna I.

Triginta & sex excisiones (comprehenduntur) in lege. Si quis 1. congreditur cum matre, aut 2. cum novicâ, aut 3. cum Sponsâ, 4. Si quis congreditur cum masculo, aut 5. cum bestiâ. 6. Si mulier adducit super se bestiam. 7. Si quis intrat ad mulierem filiamque ejus, 8. aut ad mulierem (alterius) viri. 9. Si quis congreditur cum sorore suâ, aut 10. cum sorore patris sui, aut 11. cum sorore matris suæ, aut 12. cum sorore uxoris suæ, aut 13. cum uxore fratri sui, aut 14. cum uxore patrui, aut 15. cum menstruatâ muliere. Si quis 16. blasphemat, aut 17. est idololatra, aut 18. dat Molecho de semine suo, aut 19. Baal Ob, i. e. Pytho est. Si quis 20. profanat Sabbathum, aut 21. fuit immundus, cum edit sanctum, aut 22. ingressus est sanctuarium immundus, si 23. comedit adipem, 24. sanguinem, 25. reliquias, 26. abominabile, aut 27. macavit, aut 28. obtulit foris, aut 29. manducavit fermentatum in Paschate; aut 30. comedit 31. aut fecit opus in die expiationum: aut 32. miscuit oleum, aut 33. preparavit suffitum, aut 34. effudit oleum unctionis, 35. Pascha (si omittitur: aut) 36. circumcisio ex præceptis affirmativis.

Mischna II.

Super his rei fiunt, propter malitiam quidem (seu contumaciam) excisionis, propter errorem autem sacrificii pro peccato, propter ignorantiam oblationis dubiaz; excepto eo, qui polluit sanctuarium & sancta

Sancta ejus, propterea quod munus ejus constituitur juxta qualitatem personæ majus minusve: verba sunt R. Meir. Verum enim verò sapientes dicunt; etiam blasphemante excepto, juxta Scripturam; lex una vobis erit, facienti ex errore; ergo etiam excipitur blasphemans, quoniam non facit opus.

Mishna III.

Sunt (mulieres,) quæ adferunt oblationem, quæ editur: sunt etiam quæ adferunt, & non editur: & sunt quæ non adferunt. Istæ sunt, quæ afferunt oblationem, quæ comeditur; abortiens in figurâ bestie, feræ, atque avis: hactenus R. Meir. Dicunt autem sapientes; non, priusquam aliquid in eo appareat de figura hominis. (Item) abortiens sandalium, aut secundas, aut Schaphir (sive molam) figuratum, aut egredientem concisum, sic ancilla abortiens afferit oblationem, quæ comeditur.

Mishna IV.

Istæ sunt, quæ afferunt, nec comeditur: abortiens ita, ut neficiatur, quid abortiverit: Item duæ mulieres, quando abortiverint, una in figurâ à sacrificio pro peccato libera, altera in figurâ obligata. Dixit R. Jose; quo tempore? quo ambulant, hæc versus ortum, & illa versus occasum. Sed si ambæ manserint (in loco) simul adferunt oblationem, atque comeditur.

Mishna V.

Istæ sunt, quæ non adferunt: abortiens Schaphir plenum aquæ, plenum sanguine, plenum frustis carnis (seu variis coloribus;) abortiens secundum figuram piscium, aut locustarum, abominabilium, atque reptilium. Si abortiat die quadragesimo, & egrediatur abortus per latus. R. Schimeon obligat, si sit egrediens è latere,

Mishna VI.

Si quæ abortit nocte octuagesimâ primâ (puerperii,) Schola Schammai absolvit (eam) ab oblatione (puerperii abortus:) Schola Hillelis obligat. Dixit Schola Hillelis Scholæ Schammai; quid differt nox octuagesima prima à die octuagesimo primo: Si æqualis ei est ratione immundicie, nonne æqualis illi etiam erit ratione oblationis? Responderunt Scholastici Schammai; non, si dixeritis quid de abortiente

ente die octuagesimo primo, qui exit in tempus, quo adferre oblationem licet, dicetis idem de abortiente nocte octuagesimā primā, quæ non exit in tempus, quod est conveniens, ut in ea adferatur oblation. Responderunt eis Scholastici Hillelis; At qui, si qua abortit die octuagesimo primo, qui incidit in Sabbathum, argumentum præbet, quod non exeat in tempus, quo afterre oblationem convenient, & tamen obligetur ad oblationem. Responderunt (iterum) illis Scholastici Schamai; minimè, si dixeritis quid de abortiente die octuagesimo primo, qui incidit in Sabbathum, quod, tam et si non conveniens sit ad oblationem privati, conveniens tamen est ad oblationem congregationis; dicetis idem de abortum faciente nocte octuagesimā primā, cum nox non apta sit nec sacrificio privati, nec sacrificio congregationis. Sanguines tandem non arguunt: quando enim abortum facit aliqua in medio etiam impletionis (dierum,) sanguines quidem ejus sunt immundi, libera tamen est à sacrificio.

Mishna VII.

Si super muliere erit dubium quinque fluxuum, aut dubium quinque partuum, adfert sacrificium tantum unum, ac comedit de sacrificiis; ad reliqua autem non obligatur. Si erunt quinque partus certi & quinque fluxus certi, adfert sacrificium unum, & comedit de sacrificiis; sed ad reliqua adhuc obligatur. Legitur historia, quod valuerint bini nidi denarios duos aureos. Dixit R. Schimeon ben. Gamaliel; per Templum non pernoctabo nocte hac, donec valeant denarios (argenteos duos.) Intravit itaque in domum judicii, docuitque; si super muliere quinque partus certi, & quinque fluxus certi, adfert sacrificium unum, comeditque de sacrificiis, nec relinquitur super ea debitum. Tum valere ceperunt nidi (duo; i.e. paria tuturorum) eodem die duas quartas (denarii argentei.)

CAP. II.

Mishna I.

Quatuor sunt, qui indigent expiationibus: Item, quatuor sunt, qui adferunt (munus) pro malitia, si maximè tantum erraverint. Hi sunt, qui indigent expiationibus (1.) vir fluxum patiens, & (2.) fœmina fluxum patiens, (3.) puerpera, (4.) Leprolus. Rabbi Eliezer Ben-

filius Jacobi dicit; peregrinus indiget expiatione, donec sparsus fuerit
super eum sanguis (circumcisionis:) & Nasiræus, ut vinum, rasura,
immunditiesque (ipſi fiant licita.)

Mishna II.

Hi sunt, qui adferunt (munus) pro malitia, si maximè tantum
erraverint. (1.) Qui congregitur cum ancilla, (2.) Nasiræus, qui
pollutus est, (3.) propter juramentum testimoniale, aut (4.) pro-
pter juramentum depositi (reus.)

Mishna III.

Quinque adferunt oblationem unam propter multa peccata:
Item quinque adferunt oblationem ascendentis & descendenteris (h. e.
majorem minoremve, juxta qualitatem personæ, divitis aut paupe-
ris, æstimandam.) Hi sunt, qui adferunt oblationem unam propter
peccata multa. (1.) Qui congregitur cum ancilla congressibus mul-
tis. (2.) Nasiræus, qui pollutus pollutionibus multis. (3.) Zelotypus
erga uxorem suam propter multos viros. (4.) Leprosus, qui multis
plagis affectus est. Qui verò, si attulerit aves suas; & denudò percus-
sus fuerit; non satisfaciunt pro eo, usque dum attulerit sacrificium
pro peccato suo. Rabbi Jehuda inquit; donec attulerit oblationem
pro reatu suo.

Mishna IV.

(5.) Mulier, quæ peperit partus multos. E. g. si abortum fece-
rit intra dies puerperii fœminini (h. e. fœmella edita) octuaginta: &
iterum fecerit abortum intra dies puerperii fœminini octuaginta;
Item, si abortum fecerit geminorum. Rabbi Jehuda quidem ait;
affert pro primo, non autem affert pro secundo; affert item pro ter-
tio, ast non affert pro quarto. Hi sunt, qui adferunt oblationem,
quæ (ratione pretii, juxta qualitatem personæ) ascendit & descendit;
(1.) (Reus) propter auditionem vocis (maledicti,) (2.) propter pro-
missum laboriorum (votum promissorium non servatum,) (3.) pro-
pter pollutionem sanctuarii, aut sanctorum ejus; (4.) puerpera:
(5.) leprosus. Quid verò interest inter ancillam ac inter personas
(ob incestum) prohibitas? (Hoc interest,) quod nec in mulcta par-
hisce est, nec in sacrificio. Nam omnes persona prohibitæ obligan-
tur

tur ad sacrificium pro peccato: at ancilla ad oblationem pro reatu. Omnes personæ prohibitæ ad fœmininum: at ancilla ad masculum sacrificium. Omnes personæ prohibitæ, sive viri, sive fœmina sint, æquales sunt quoad plagas quadraginta, & quoad sacrificium: sed quoad ancillam non exæquavit (Deus) virum fœminæ, quoad plagas quadraginta, neque fœminam viro quoad sacrificium. In omnibus etiam incestibus æquavit corruptem (tantum,) absolventi ipsum actum: & reus fit (homo) super singulis congressibus. Hoc rigoris tantum constitut quoad ancillam, quod æquavit in ea facienti ex proposito eum, qui ex errore.

Mischna V.

Quænam est ancilla? Etiam omnis illa, quæ ex dimidia parte est ancilla, ex dimidia autem parte libera: quoniā dicitur; & redimendo (plenè) non est redempta. Sic Rabbi Akiba. Rabbi Iischmaël quidem ait; atqui hæc est ancilla certa (& perfecta.) Rabbi Elieser verò ben Azariæ respondet; omnes mulieres prohibitæ expressæ sunt (tanquam liberæ), nec quicquam nobis addendum relatum est, nisi ea, quæ ex dimidia parte est ancilla, & ex dimidia parte libera.

Mischna VI.

Quæcunque fuerunt personæ incestuose, si una earum adulta, altera minorenris fuerit; tum minorenris absolvitur. Si una vigilans, altera dormiens; dormiens dimittitur. Si una fecerit ex errore, altera ex proposito: tum quæ ex errore fecerit, sacrificii pro peccato rea erit; sed quæ ex proposito, excisionis.

CAP. III.

Mischna I.

Si dixerint alicui; edisti adipem: adferat sacrificium pro peccato. Si testis (unus) dixerit, edit; & alter dixerit, non edit: aut si mulier (una) dixerit, edit; & altera dixerit, non edit: adferat oblationem pro reatu dubio. Testis (unus) si dixerit, edit; & ipse dixerit, non edi; liber est. Duo (testes) si dixerint, edit; & ipse dixerit, non edi: Rabbi Meir obligat. Nam dixit Rabbi Meir: si possunt (testes) duo adducere eum ad mortem, quod est gravius quid; quare non possint eum

eum adducere ad sacrificium, quod est minus quid? sed dixerunt illi; quid, si velit dicere, ex proposito feci? (nonne tum liber est?)

Mishna II.

Si quis comederit adipem, alterumque adipem, ut ipsum lateat: non erit reus, nisi unius sacrificii pro peccato. Sin comederit adipem, & sanguinem, & reliquias, & abominabile quid, ut ipsum lateat res: reus fit pro singulis. Hoc gravius est in speciebus multis; quam in specie una. Contrà gravius quid est in specie una, quam in speciebus multis: nimurum si comederit instar dimidii olivæ, ac redierit, rursusque comederit instar dimidii olivæ in specie una: reus est. Si verò de duabus speciebus: liber est.

Mishna III.

Quantum moræ interponet, qui istas (duas dimidiis olivas) comedit? Tantas, ac si comederet eas tostas (h. e. unam statim post alteram.) Verba sunt Rabbi Meir. Verum sapientes dicunt; donec à principio usque ad finem tantum fecerit moræ, quantum comedatio dimidii cibi miscensit requirit. Si quis comederit cibos immundos, aut biberit potus immundos, (aut) biberit vini quartale, ingressus fuerit in sanctuarium, moratusque, instar comedionis dimidii (cibi miscensit;) tum R. Elieser dicit; si per intervalla fecerit, aut miscuerit cum eo aquam, quantulum cunque etiam sit, liber est.

Mishna IV.

Est, qui comedit comedionem unam; & tamen reus fit per eam, (ad afferendum) quatuor sacrificia pro peccato, & oblationem unam pro reatu. Nimurum, immundus si comedit adipem, qui residens fuit de sanctis, & quidem in expiationum die. Rabbi Meir quidem dicit; si fuerit Sabbathum, & exportaverit in ore suo; reus & est. Dixerunt verò ei; non est reatus hic ejusdem nominis (seu generis.)

Mishna V.

Est, qui congregitur congressu uno: & tamen reus fit per eum sex sacrificiorum pro peccato. Nimurum, si quis congregitur cum filia sua, reus est propter eam nomine filiae sua, sororis sua, uxoris

Fratri sui, uxoris patrui, uxoris viri atque menstruatae mulieris. At si quis congregeditur cum nepte ex filia sua, reus fit propter illam nomine neptis ex filia sua, & nurus, & sororis uxoris suæ, & uxoris fratris sui, & uxoris patrui, & uxoris viri, & menstruatae. Rabbi Jose dicit; si transgressus fuerit proavus, & duxerit eam, reus fit etiam propter illam nomine uxoris patris. Sic: si quis congregeditur cum filia uxoris suæ, aut cum filia filii uxoris suæ.

Mishna VI.

Si quis congregeditur cum socrus sua, reus fit super illa nomine socrus suæ, & nucus suæ, & sororis uxoris suæ, & uxoris fratris sui, & uxoris patrui, & uxoris viri, & menstruatae. Sic si quis tem habet cum matre socrus suæ, aut cum matre socris sui. Rabbi Juchanan ben. Nuri inquit; Si quis congregeditur cum socrus sua, reus est super ea nomine socrus suæ, & matris socrus suæ, & matris socris sui. Dixerunt ei; tres ista unum nomen (seu titulum) habent.

Mishna VII.

Dixit Rabbi Akiba; interrogavi Rabbanem Gamalielam, ac Rabbi Jehoscheam in foro carnario Emmauntis, quo iverant, ut emerent bestiam ad convivium filii Rabban Gamalielis; Si quis congregeditur cum sorore sua, aut cum sorore patris sui, aut cum sorore matris suæ in una ignorantia, quot reatus contrahit? num unum tantum propter omnes, aut singulos propter unamquamque. Et responderunt mihi, non audivimus (de hoc quicquam); sed hoc audivimus, quod, si quis congregeditur cum quinque uxoribus suis menstruatis in una ignorantia, reus fit propter singulas. Et existimamus, quod verba ista à minori ad majus argumentum præbeant.

Mishna VIII.

Præterea quæsivit ex iis Rabbi Akiba; membrum pendulum in bestia cujusmodi est? Responderunt ei; nunquam id audivimus, hoc tamen audivimus, quod cui membrum pendulum (seu languidum,) in homine sit mundum. Nam sic percussi ulcere in Hierosolyma fecerunt. Nimirum, abiit (quis eorum) in vespera Paschatis ad Medicum, qui abscedit illud, donec reliquit in eo instar capilli, & infixit illud

87.

illud spinā, ut ille à se avelleret. Sicque ille fecit Pascha suum, & Medicus fecit Pascha suum. Et existimamus, quod res valeat à minori ad majus.

Mishna IX.

Porro quæsivit ex illis Rabbi Akiba. Si quis mactat quinque sacrificia foris in ignorantia una, quot reatus contrahit? Unumne per omnia; an singulos per unaquæque? Responsonem dedere ei; nunquam audivimus. Rabbi Jehoschea tamen dixit; audivi de eo, qui comedit de sacrificio uno, ex quinque patinis in ignorantia una, quod reus sit propter unamquamque, nomine prævaricationis. Et existimo, quod ratiocinatio valeat à minori ad majus. Dixit Rabbi Schimeon, non sic interrogavit eos Rabbi Akiba; sed (interrogavit eos) de comedente reliquias de quinque sacrificiis in ignorantia unā, num reus sit semel propter omnia; an semel propter singula? Responderunt ei; non audivimus. Dixit tamen Rabbi Jehoschea; ego audivi de comedente de sacrificio uno ex quinque patinis in ignorantia unā, quod sit reus ob singulas, nomine prævaricationis. Et existimo, quod valeat argumentatio à minori ad majus. Dixit Rabbi Akiba; si est constitutio, accipiemus; sed si res consequentia, habeo responsonem. Dixit ei; responde ergo. Respondit ei, non, si dixeris de prævaricatione, in qua fecit cibantem æqualem comedenti, & eum, qui dat frumentum, ei, qui fruiatur, quod conjugat prævaricationem in tempus longum, idem dices de residuo, in quo non unum de omnibus istis invenitur.

Mishna X.

Dixit Rabbi Akiba; interrogavi Rabbi Elieserem, si quis facit opera multa ejusdem speciei operis in Sabbathis multis, in ignorantia una, quot reatus contrahit? unumne propter omnia, an singulos propter quælibet? Respondit mihi; singulos propter singula, (argumentatione) à minori ad majus. Nam quid? si mulier menstruata, in qua non multæ egressiones, aut peccata multa, rea tamen est propter singula: nonne juris erit, quod ad Sabbathum, in quo egressiones multæ, atque peccata multa, ut reus (homo) fiat propter singula. Dixi ei; non, si quid dixeris de menstruata, in

qua deprehenduntur duæ admonitiones; nam ipse (vir cum illa congregiens) admonitus de menstruata; & menstruata admonita est de ipso, dices idem de Sabbatho, in quo non nisi admonitio una. Dixit mihi; Ergo hoc, si quis congregreditur cum minorenibus, concludet: nam de his non nisi una est admonitio; & tamen reus quis fit pro singulis. Dixi ei, non, si dixeris quid de congregidente cum minorenibus, de quibus etiamsi non sint, erunt tamen sequente tempore, dices idem de Sabbatho, de quo nec nunc sunt, nec in sequente tempore erunt. Dixit mihi; Ergo hoc saltem, si quis congregreditur cum bestia, concludet. Dixi illi; bestia, ut Sabbathum, se habet.

CAP. IV.

Mishna I.

Si fuerit dubium, comederit ne quis adipem, an non comederit: (Item,) si, etiamsi comederit, fuerit tamen dubium, fueritne in ipso justa quantitas, annon: (Item,) si fuerint adeps & pinguedo coram illo, & ederit unum ex illis, sed ignotum, quodnam ex illis fuerit: (Item,) si uxor ejus & soror ejus fuerint cum illo in domo, & commiserit errorem aliquem circa unam ex illis, sed ignotum, circa quam de illis commiserit: (Item,) si fuerit Sabbathum & dies communis, feceritque opus in aliquo (die) istorum, sed ignorat, in quo ex illis fecerit: adfert oblationem pro reatu dubio.

Mishna II.

Quemadmodum, si quis comedit diversos adipes in una ignorantia, non reus est nisi sacrificii pro peccato unius: sic propter unam non notificationem illorum, non adfert nisi oblationem pro reatu unam. Sin intervenerit notitia; tum quemadmodum adfert sacrificium pro peccato propter unumquodque: sic etiam adfert oblationem dubiam pro reatu propter unumquodque. (Item) quemadmodum, si quis manducavit adipem, & sanguinem, & residuum, ac abominandum, in unâ ignorantia, reus est super unoquoque: sic, quando nemo notificavit illi ista, adfert oblationem dubiam pro reatu propter singula. Si fuerit adeps & residuum coram ipso, & come-

comederit unum ex illis, nec scitur, quodnam ex illis comederit: aut si fuerit cum illo in domo uxor ejus menstruata, atque soror ejus, (&c) commiserit errorem circa unam ex istis, sed non fuerit notum, circa quam ex illis erraverit: aut si fuerit Sabbathum & dies expiatorius, ac fecerit opus inter soles, ignotum autem fuerit, in quo illorum perfecerit: tum Rabbi Eliefer reum de sacrificio pro peccato pronuntiat; at Rabbi Jehoschea liberum dicit. Dixit Rabbi Jose, non dissenserunt circa facientem opus inter soles, quin liber sit. Dicere namque possum; partem operis fecit hoc die, & partem postero. Circa quid ergo dissenserunt? (Resp.) circa facientem in medio diei, sed non in aperto, fecerinte in Sabbatho, an in die expiationum fecerit? Item circa facientem, cui ignotum, cuius speciei opus fecerit. Hic R. Eliefer reum fecit sacrificii pro peccato: At R. Jehoschea absolvit. Dixit R. Jehuda; Absolvit eum R. Jehoschea etiam ab oblatione dubia pro reatu.

Mishna III.

Rabbi Schimeon Schesuræus, atque Rabbi Schimeon dicunt; non dissenserunt super re, quæ est tituli unius, quin reus sit. Super quâ re igitur dissensere? (Resp.) Super re, quæ est duorum titulorum. Nam Rabbi Eliefer tum obligat ad sacrificium pro peccato: verum Rabbi Jehoschea absolvit. Dixit Rabbi Jehuda, etiam quando intenderet colligere ficos, sed collegerit uvas; aut uvas, sed collegerit ficos; aut nigras, sed collegerit albas; aut albas, sed collegerit nigras: Rabbi Eliefer reum judicat sacrificii pro peccato; sed Rabbi Jehoschea liberum pronuntiat. Dixit Rabbi Jehuda; Miror ego, si absolvit eum Rabbi Jehoschea. Si sic tamen sit; quare dicitur: in quo peccavit? Determinare voluit eum, qui ex intentione rem suscepit.

CAP. V.

Mishna I.

Sive fuerit sanguis mæstrationis bestiæ mansuetæ, aut feræ, aut avium, tñm mundarum, quâm immundarum; sive fuerit sanguis stillationis, sive sanguis avulsionis, sive sanguis venælectionis, cum quo

quo egreditur anima, rei fiunt super eo (si comedant:) Sin sanguis splenis, aut sanguis cordis, (aut) sanguis ovorum, (aut) sanguis pisium, (aut) sanguis locustarum, (aut) sanguis expressionis, non rei fiunt super illis. Rabbi Jehuda tamen de sanguine expressionis reatum statuit.

Mischna II.

Rabbi Akiba debitorem constituit, super dubio prævaricationum, oblationis pro reatu dubiæ: Sapientes verò absolvunt. Confitetur tamen Rabbi Akiba, quod non adferat quis prævaricationem suam, donec notam fecerint ei: & quod tunc adferat simul cum eâ oblationem pro reatu certam. Dixit Rabbi Tarphon; ut quid adferret duas oblationes pro reatu? Adfert potius prævaricationem, atque quintam partem, simulque adfert oblationem pro reatu, pro duobus siclis, atque dicit; si certò sum prævaricatus, hæc esto prævaricatione mea, atque hoc oblatio mea pro reatu: sed si dubia res, oboli cedant in sacrificium voluntarium, oblatio autem pro reatu sit pro reatu dubio. Nam de qua specie affert pro notificato, de eadem etiam adfert pro non notificato.

Mischna III.

Dixit ei Rabbi Akiba, videntur verba tua bona, quoad prævaricationem parvam. At si obvenerit dubium prævaricationis centum librarum, non decet eum, ut adferat oblationem pro reatu pro duobus siclis. Nec tamen etiam adferre poterit dubium prævaricationis pro centum libris. En! consentit Rabbi Akiba Rabbi Tarphoni in prævaricatione parva. Mulier, quæ adfert sacrificium pro peccato ex ave dubium, si, antequam ungue secta fuerit, notum illi factum fuerit, quod pepererit certò, faciat certam: nam ex quâ specie adfert pro non notificato, ex eadem etiam adfert pro notificato.

Mischna IV.

Frustorum, quorum unum de profanis, alterum de sanctis, si quis comederit unum, ignotum autem, quodnam ex istis comederit, liber est. R. Akiba quidem obligat ad oblationem pro reatu dubio. Si comederit alterum etiam, adferat oblationem pro reatu certo. Si

Si quis comedederit primum, veneritque alius, atque comedederit alterum: uterque adferat oblationem pro reatu dubio: verba sunt Rabbi Akibæ. Rabbi Schimeon inquit; ambo adferant oblationem pro reatu unam. Cui Rabbi Jose ait; minimè duo adferunt (tantum) unam oblationem pro reatu.

Mishna V.

Frustrorum, quorum unum de profanis, alterum de adipe, si quis comedederit unum; est autem ipsi incognitum, quodnam illorum comedederit: adferat oblationem pro reatu dubio. Si comedederit alterum etiam, adferat sacrificium pro peccato. Si comedederit quis primum, & venerit alius atque comedederit alterum: hic adferat oblationem pro reatu dubio, & iste adferat oblationem pro reatu dubio: haec tenus R. Akiba. Rabbi Schimeon dicit; adferant ambo sacrificium unum pro peccato. Cui Rabbi Jose inquit; non adferunt duo sacrificium unum pro peccato.

Mishna VI.

Frustrorum, quorum unum de adipe, alterum de Sanctis, si quis comedederit unum, nescit autem, quodnam ex ipsis comedederit: adferat oblationem pro reatu dubio. Si comedederit alterum etiam: adferat sacrificium pro peccato, cum oblatione pro reatu certo. Si unus aliquis comedederit primum, accesseritque alius, ac comedederit alterum, uterque adferat oblationem pro reatu dubio. R. Schimeon dicit, uterque adferat sacrificium pro peccato, cum oblatione pro reatu. R. Jose inquit; non adferunt duo sacrificium pro peccato, atque oblationem pro reatu.

Mishna VII.

Frustrorum, quorum unum de adipe (profano,) & alterum de adipe sancto, si quis comedederit aliquod; verum, quodnam illorum comededit, ignorat: adferat sacrificium pro peccato. Rabbi Akiba dicit; adferat oblationem pro reatu dubio. Si comedederit secundum etiam; adferat duo sacrificia pro peccato, & oblationem pro reatu certo. Si quis comedederit primum, atque accesserit alius, comededitque alterum: uterque adferat sacrificium pro peccato. Rabbi Akiba dicit; hic adferat oblationem pro reatu dubio, & iste adferat oblationem

tionem pro reatu dubio. Rabbi Schimeon inquit; hic (adferat) sacrificium pro peccato, & iste (adferat) sacrificium pro peccato, amboque (simul) adferant unam oblationem pro reatu. Rabbi Jose ait; non adferunt duo oblationem unam pro reatu.

Mishna VIII.

Frustorum, quorum unum de adipe (profano,) ac alterum de adipe (sancto) relicto, si quis unum manducarit; at ignotum ei, quod nam de his manducarit; adferat sacrificium pro peccato, ac oblationem pro reatu dubio. Sin comedenter alterum etiam: adferat tria sacrificia pro peccato. Si quis comedenter primum, & accedens alias comedenter alterum: hic adferat sacrificium pro peccato, cum oblatione pro reatu dubio, isteque adferat sacrificium pro peccato cum oblatione pro reatu dubio. R. Schimeon ait; (adferat) sacrificium pro peccato, & iste sacrificium pro peccato; & (insuper) ambo (simul) adferant sacrificium unum (commune) pro peccato. Rabbi Jose inquit; nullum sacrificium pro peccato, quod assertur propter peccatum, adferre possunt duo (tanquam commune.)

CAP. VI.

Mishna I.

Si quis attulerit oblationem pro reatu dubio, sed (mox) notum factum fuerit ei, quod non peccari: tum, si nondum mactatum est, egreditur ac pascat in grege: huc Rabbi Meir. Sed sapientes dicunt; pascat, donec contaminatum fuerit: tunc vendatur, & cedat pretium ejus in munus spontaneum. Rabbi Eliezer inquit; offeratur: nam si non offeratur pro peccato hoc; offeretur pro peccato alio. Si verò postquam mactatum, demum notum ei factum fuerit; sanguis de eo effundatur, & caro exeat in locum combustionis: Sin jam sparsus sanguis; comedatur caro. Rabbi Jose ait; licet etiam sanguis sit adhuc in poculo, (tamen) spargatur, caroque manducetur.

Mishna II.

Verum oblatio pro reatu certo non ita se habet. Sed si non dum mactatum est, egreditur, & pascit in grege: Si verò jam est mactatum,

91.

statum, tum sepeliatur: si sparsus est sanguis, caro egreditur in locum combustionis. Cum bove lapidando etiam non ita se res habet. Nam si nondum est lapidatus, exit, atque pascit in armento: Si verò est lapidatus, licet eum in usum convertere. Cum vitulâ decollanda etiam aliter fese habet. Si enim nondum est decollata, egrediatur, & pascat in grege: Si verò decollata, sepeliatur in loco suo: nam cum super dubio venerit ab initio, esto expiatio dubia, & abeat sibi.

Mischna III.

Rabbi Elieser dicit; potest quis offerre spontaneam oblationem pro reatu dubio, quolibet die, & qualibet hora, qua vult: & vocatur oblatio pro reatu sanctorum (hominum.) Referunt de Baba ben-Buti, quod spontaneam obtulerit oblationem pro reatu dubio, quo-cunque die, excepto die expiationum. Postero die quodam dixit: Per habitaculum hoc, si permisissent mihi, etiam (isto die) obtulisset. Sed dixerunt ei; Expecta, donec dubium rursus inciderit. Sapien-tes porrò dicunt; non adferunt oblationem pro reatu dubio, nisi propter id, quod si ex malitia fuerit à quopiam factum, excisionis, sive ex errore, sacrificii pro peccato reum facit.

Mischna IV.

Rei sacrificiorum pro peccato, & oblationum pro reatu certo, super quos præterierit dies expiationum, obligantur ad adferendum die post expiationes altero: rei verò oblationum pro reatibus dubiis, liberi sunt. Si cui inciderit dubium transgressionis in die expiatio-num, etiam si cum crepusculo, liber est: quia totus dies expiat.

Mischna V.

Mulier si (adferendum habet) sacrificium pro peccato ex ave dubium, præterierit verò super ea dies expiationum: obligatur, ut adferat post diem expiationum; propere, quia legitimam eam red-dit, ad comedendum de sacrificiis. Si sacrificium pro peccato ex ave adfertur propter dubium; tum si sectum jam ungue fuerit, notumque ei factum, sepeliatur.

m 2

Mischna

Mischna VI.

Si quis separaverit duos sicos in oblationem pro reatu, & emerit pro illis duos hircos in oblationem pro reatu: tum si fuerit unus ex illis ad eum bonus, ut duos sicos æquat, afferatur in sacrificium ejus pro reatu; alter vero pascat, donec contaminatus fuerit, tumque vendatur, atque cedat pretium ejus in spontaneum munus. Si enim emerit pro illis duos hircos in profanos usus, fueritque unus ad eum bonus, ut valeat duos sicos, alter vero, ut decem sicos: tum is, qui duos sicos æquat, adferatur in sacrificium ejus pro reatu, & alter pro prævaricatione ejus. Sin unum in oblationem pro reatu, & alterum in usus profanos: tum si is, qui emis est in oblationem pro reatu, valuerit duos sicos, adferatur in oblationem ejus pro reatu, ac alter pro prævaricatione ejus, sed adferat cum illo sicutum, ejusque partem quintam.

Mischna VII.

Si quis separaverit sacrificium pro peccato suo, sed mox fuerit mortuus, non adferat illud filius ejus pro eo. Neque transferat illud ab uno peccato offerendo pro peccato alio: ad eum ut, etiam si pro adipe, quem comedit hesterna die, separavit, non afferat illud pro adipe, quem comedit hoc die. Dicitum namque est; (Levit. IV, 28.) sacrificium suum pro peccato suo: si nimirum sit oblatio ejus titulo peccati ejus (certi.)

Mischna VIII.

Adferunt ex sanctificato agnō, capram: ex sanctificato caprā, agnam: ex sanctificato agnō & caprā, turtures, & columbinos pullos: ex sanctificato turturum, & pullorum columbinorum, decimam partem Ephā. Quomodo? Si quis separaverit quid in agnam, aut in capram, sed factus fuerit pauper, adferat avem; si adhuc factus fuerit pauperior, adferat decimam partem Ephā. Item, si separaverit quid in decimam partem Ephā, sed dition factus fuerit, adferat avem; si adhuc dition factus fuerit, adferat agnam, aut capram. Si separaverit agnam aut capram, sed fuerit polluta, si placet, adferat ex pecunia earum avem: Si avem separaverit atque polluta fuerit, non adferat ex pecunia ejus decimam partem Ephā; quia non cadit in avem redemptio.

Mischna

Mishna IX. & Ultima.

Rabbi Schimeon dicit; agni præcedunt capras quolibet in loco.
 Num forte propterea, quod sint præstantiores ipsi? notanter dicitur:
 (Levit. IV. vers. 32.) si agnum attulerit in sacrificium suum pro peccato.
 Ubi docet, quod utraque sint ejusdem estimationis. Turtures præ-
 cedunt pullos columbarum in omni loco. Num forte propterea, quia
 sint præstantiores illis? notanter dicitur: (Levit. XII. vers. 7.) Et pullum
 columbarum, aut turturem in sacrificium pro peccato. Ubi docet,
 quod utraque sint ejusdem estimationis. Pater præcedit Matrem in
 quovis loco. Num forte propterea, quod honor Patris excedat ho-
 norem Matris? notanter dicitur: (Levit. XIX. vers. 3.) qui quis Matrem
 suam ac Patrem suum timete. Ubi docet, quod uterque sit ejusdem
 estimationis. Sed dixerunt Sapientes; Pater præcedit Matrem in
 quovis loco: Propterea quod ipse (filius) & Mater ejus obligantur ad
 honorem Patris ejus. Et sic res se habet quoad informationem in
 lege. Si obligatus fuerit filius per merita Doctoris: tum hic præcedit


Patrem in omni loco; propterea quod ipse (filius) & Pater ejus
 tenentur honorare Doctorem.


*Absolutus est Tractatus Talmudicus
 de Excisione.*

F I N I S.

Errata Corrigenda.

In Tr. de Sacrif. pag. 8. Mishn. 3. lin. ult. In memoriam sacerdotii, leg. à mas-
 culis sacerdotibus. p. 25. M. 6. lin. 1. unum foris, leg. unum ex illis foris. p. 28. M. 9.
 lin. 6. sed non, leg. &. lin. 7. nec, leg. sed non. Si quæ adhuc occurrant, ea be-
 nevolus Lector corrigeret non dedignetur.






Be 2282. 8




f.
Sb.

VDA



Farbkarte #13



B.I.G.

an 69.

VVM
VDI-
VM

RIFICIIS.
DICTIONIBUS.

S.

RÆIS.

MENTIS.

SIONIBUS.

Æ,

DONATÆ,

WLMANNO,
ATENSI.

RATI,

IANIS.

LXIII.